
Exultate

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cythara: in psalterio decem chordarū psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbum domini: et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra. Verbo domini celi firmati sūt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dñm omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mādauit et creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorū: et reprobat consilia principum. Consilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationem. Beata gēs cuius est dominus deus eius: populus

quem

quem elegit in hereditatem sibi. De
celo respexit dominus: vidit omnes fi-
lios hominum. De preparato habi-
taculo suo: respexit super omnes qui
habitant terram. Qui finxit sigilla-
tim corda eorum: qui intelligit omnia
opera eorum. Non saluatur rex per
multam virtutem: et Gygas non sal-
uabitur in multitudine virtutis sue.
Hallax equus ad salutem: in abun-
dantia autem virtutis sue non salua-
bitur. Ecce oculi domini super metu-
entes eum: et in eis qui sperant super
misericordia eius. Ut eruat a morte
animas eorum: et alat eos in fame. A-
nima nostra sustinet dominum: quo-
niam adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum: et
in nomine scto eius speravimus. Fi-
at misericordia tua domine super nos
quēadmodū sperauimus in te. p. xxxiii
Benedicam dñm in omni tpe: se-
per laus ei⁹ in ore meo. In dño
laudabitur aia mea: audiant manse-

ti et letentur. Magnificate dñm me-
cum: et exaltemus nomen eius i idip-
sum. Exquisiui dominum et exaudi-
uit me: et ex omnibus tribulatiõibus
meis eripuit me. Accedite ad eum et
illuminamini: et facies vestre non cõ-
fundentur. Iste pauper clamauit et
dominus exaudiuit eum: et ex omni-
bus tribulationibus eius saluauit eũ.
Immittet angelus domini in circuitu
timentium eum: et eripiet eos. Gu-
state & videte quoniam suauis est dñs
beatus vir qui sperat in eo. Timete
dominũ omnes sancti eius: quoniam
non est inopia timentibus eum. Di-
uites egueruntet esurierunt, inquirẽ-
tes autem dñm non minuentur omni
bono. Uenite filij auditeme: timorem
domini docebo vos. Quis est homo
qui vult vitam: diligit dies videre bo-
nos. Prohibe linguam tuam a malo:
et labia tua ne loquãtur dolũ. Diuer-
te a malo et fac bonũ: inquire pacẽ et
persequere eã. Oculi dñi super iustos:

et

et aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super faciētes mala: vt perdat de terra memoriam eorū. Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non cōteretur. Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquēt. Redimet dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo. Psalmus. xxxiii.

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum: et exurge in adiutorium michi. Effūde frameam & conclude aduersus eos qui persequūtur me: dic anime mee, salus tua ego sum. Confundantur et reuereantur querentes animam meam. Auertan-

tur

tur retrorsum et confundantur: cogi-
tantis michi mala. ℍ fiant tanquam
pulvis ante faciem venti: et angelus
domini coartans eos. ℍ fiat via illorū
tenebre & lubricum: et angelus domi-
ni persequens eos. ℚuoniam gratis
absconderunt michi interitum laquei
sui: superuacue exprobrauerunt aiam
meā. ℚ eniat illi laqueus quem igno-
rat et captio quam abscondit: apprē-
hendat eum & in laqueum cadat in ip-
sum. ℍ nima autem mea exultabit in
domino: et delectabitur super salutari
suo. ℴmnia ossa mea dicent: domine
quis similis tibi: ℰripiens inopem de
manu fortiorum eius: egenum & pau-
perem a diripientibus eum. ℕurgē-
tes testes iniqui: qui ignorabam iter-
rogabant me. ℝetribuebant michi
mala pro bonis: sterilitatem anime
mee. ℰ go aūt cū michi molesti essēt:
induebar cilicio. ℍ umiliabam in ie-
iunio animam meam: & oratio mea in
sinu meo conuertetur. ℚ uasi pro-

mum et quasi fratrem nostrum, sic eō placebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt, et conuenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoraui. Dilacerati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me, subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. Domine quādo respicies? restitue animā meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meā. Confiteboꝛ tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabō te. Non supergaudeant michi qui aduersantur michi inique: qui oderunt me gratis et annuunt oculis. Quoniam michi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquētes, dolos cogitabant. Et dilatauerūt super me os suū, dixerunt euge euge: viderunt oculi nostri. Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam. Iudica me secundum

iusticiam

iustitiam tuam domine deus meus: ⁊ non supergaudeant michi. Non dicant in cordibus suis, euge euge animę nostre: nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant et reuereantur simul: qui gratulantur malis meis: Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquuntur super me. Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam: et dicant semper, magnificetur dominus qui vult pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxvi.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatē meditatus est in cubili suo: astitit omni vie non bone, malitiam autē non odiuit.

celo misericordia tua: et veritas tua
usq; ad nubes. Iustitia tua sicut mõ-
tes dei: iudicia tua abyssus multa. Ho-
mines et iumenta saluabis dñe quem
admodum multiplicasti misericordiã
tuam deus. Filij autem hominum:
in tegmine alarum tuarum tuarum
sperabunt. Inebriabuntur ab uber-
tate domus tue: et torrẽte voluptatis
tue potabis eos. Quoniã apud te est
fons vite: et in lumine tuo videbimus
lumen. Protende dñe misam tuam
scientibus te: et iusticiam tuam his q̃
recto sunt corde. Non veniat michi
pes superbie: et manus pctõris non move
at me. Ibi ceciderunt oẽs q̃ operant
iniquitatem: expulsi sunt, nec potue-
runt stare. Psalmus. xxxvi.
Noli emulari in malignãtibus:
neq; zelaueris facientes iniq-
tatem. Quoniam tãquam fenum ve-
lociter arescent: et quemadmodum o-
lera herbarum cito decident. Spera
in domino et fac bonitatem et inhabi-
ta

ta terram:et pasceris in diuitijs eius.
Delectare in domino:et dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino viam tuam,et spera in eo:et ipse faciet. Et educet quasi lumen iusticiam tuam,& iudicium tuum tanquam meridiem:subditus esto domino et ora eum. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciēte te iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorem:noli emulari vt malignetis. Quoniam qui malignantur exterminabuntur:sustinentes autem dominū ipse hereditabunt terram. Et adhuc pusillum,et non erit peccator: et queres locū eius, et non inuenies. Mansueti autē hereditabunt terram:et delectabuntur i multitudine pacis. Obseruabit peccator iustū,et stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit q̄ veniat dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores:intenderunt arcum suum. Vt decipiant pauperem et

 inopē

inopem: vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus. Nouit dominus dies immaculatorum: et hereditas eorum in eternum erit. Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficientes quēadmodum fumus deficient. Mutuabitur peccator et non soluet: iustus autē miseretur et retribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicētes autem ei, disperibunt. Apud dominum gressus hominis dirigētur: et viam eius volet. Cum ceciderit iustus non collidetur: quia dñs supponit manum suā. Iunior fui, etenī senui, et nō vidi iustum derelictum: nec semē

eius

eius querens panem. Tota die miseretur et cõmodat: et semen illius i benedictione erit. Declina a malo, et fac bonum: et inhabita in seculum seculi. Quia dñs amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos: in eternũ conseruabuntur. Iniusti punientur: & semen impiorum peribit. Iusti aũt hereditabunt terrã, & inhabitabunt i seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapiẽtiam: et lingua eius loquetur iudiciũ. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum: et querit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominũ et custodi viam eius: et exaltabit te vt hereditate capias terram: cũ perierint peccatores, videbis. Vidi impium superexaltatum: et eleuatum sicut Cedros libani. Et transiui & ecce non erat: quesiui eũ et non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniã sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disperibunt simul, reliquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino: et protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus et liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus et saluabit eos: quia speraverunt in eo. Psalmus. xxxvii.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manũ tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sũt caput meũ: et sicut onꝰ graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factꝰ sũ et curuatꝰ sũ vlq; in finẽ: tota die cõtristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sũt illu-

illusionibus et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te nō est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerūt & steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus nō audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniā in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei, et dū cōmouentur pedes mei: super me ma-

gna locuti sunt. Quoniam ego in fla-
gella paratus sum: et dolor meus in
conspectu meo semper. Quoniam ini-
quitatem meam annunciabo: et cogi-
tabo pro peccato meo. Inimici aut
mei viuunt: et confirmati sunt super
me; et multiplicati sunt qui oderunt
me inique. Qui retribuunt mala pro
bonis, detrahebant michi: quoniam
sequebar bonitatem. Ne derelinquas
me domine deus meus: ne discesseris
a me. Intende in adiutorium meum
domine deus salutis mee. ps. xxxvii.

Dixit custodiam vias meas:
vt non delinquam in lingua
mea. Posui ori meo custodiam: cum
consisteret peccator aduersum me. Ob-
mutui et humiliatus sum et silui a bo-
nis: et dolor meus renouatus est. Con-
caluit cor meum intra me: et in medi-
tatione mea exardescet ignis. Locu-
tus sum in lingua mea: notum fac mi-
chi domine finem meum. Et nume-
rum dierum meorum quis est: vt sciã

quid

quid desit michi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanquam nichilum ante te. Verunta-mẽ vniuersa vanitas: omnis homo viuens. Veruntamen in ymagine pertransit homo: sed et frustra conturbatur. Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea. Et nunc que est expectatio mea, nonne dominus, et substãtia mea apud te est? Ab omnibus iniquitatibus meis eruc me: opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci, in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem: Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi oracionem meam domine, et deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te: & peregrin⁹, sicut oẽs patres mei. Remitte

michi

michi vt refrigerer pꝛiusquam abeam et amplius non ero. Psalmus. xxxix.

EXpectans expectaui dominum et intẽdit michi. Et exaudiuit pꝛeces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supꝛa petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meum cantꝛicum nouum: carmen deo nostro. Uidebunt multi et timebunt: & speꝛabũt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt supꝛa numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti michi. Holocaustum et pꝛo peccato non postulasti: tunc dixi ecce, venio. In capite libꝛi scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio coꝛdis mei.

Annunci-

annunciaui iusticiam tuam in eccle-
sia magna: ecce labia mea non prohi-
bebo domine tu scisti. Iusticiam tuã
non abscondi in corde meo: veritatem
tuam et salutare tuum dixi. Non ab-
scondi misericordiam tuam et verita-
tem tuam: a consilio multo. Tu autẽ
domine ne longe facias miserationes
tuas a me: misericordia tua & veritas
tua semper suscepерũt me. Quoniam
circundederunt me mala: quorum nõ
est numerus: comprehenderunt me i-
niquitates mee: et non potui vt viderẽ.
Multiplicate sunt super capillos ca-
pitis mei: et cor meum dereliquit me.
Cõplaceat tibi domine vt eruas me:
domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur et reuereantur simul:
qui querunt animam meam vt aufe-
rant eam. Conuertantur retrorsum
et reuereãtur: qui volunt michi mala.
Ferant confestim cõfusionem suam:
qui dicunt michi. euge euge. Exultẽt
et letentur super te omnes querentes

te

terret dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem mēdicus sum, et pauper dominus sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Psalmus.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Dñs conseruet eum, et viuificet eum, et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei: sana animam meā quia peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi: qñ morietur et peribit nomē eius: Et si ingrediebatur ut videret, uana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatē sibi. Egrediebat foras: et loquebatur in idipsū. Aduersum me susurrabāt oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Uerbum

dum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat. Etenim homo pacis mee in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum. Benedictus dominus deus Israel a seculo et in seculum: fiat fiat.

Psalmus. xlj.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit aia mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi quotidie, vbi est deus tuus? Hic

recorda-

recordatus sum et effudi in me anim
meam: quoniam transibo in locum t
bernaculi admirabilis vsq; ad dom
dei. In voce exultationis et confes
onis: sonus epulantis. Quare tris
es anima mea: et quare cõturbas m
Spera in deo quoniam adhuc con
teboꝛ illi: salutare vultus mei et deu
meus. Ad meipsum anima mea con
turbata est: ꝓpterea memoꝛ ero tu
de terra Joꝛdanis et Hermonim a mõ
te modico. Abyssus abyssum inuocat
in voce catharactarum tuarum. Om
nia excelsa tua et fluctus tui: super me
transierunt. In die mandauit domi
nus misericoꝛdiam suam: et nocte cã
ticum eius. Apud me oꝛatio deo vit
mee: dicam deo susceptoꝛ meus es.
Quare oblitus es mei: et quare con
tristatus incedo: dum affligit me in
imicus, Dũ confringuntur ossa mea
exꝛobꝛauerunt michi qui tribulant
me inimici mei. Dum dicunt michi
per singulos dies vbi est deus tuus

Quare

Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ps. xlij.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me? Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Psalmus. xliiij.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus anti-

quis. Manus tua gentes dispersisti:
et plantasti eos afflixisti populos et
expulisti eos. Non enim in gladio suo
possederunt terram: & brachium eorū
non saluauit eos. Sed dextera tua et
brachium tuum & illuminatio vultus
tui: quoniam complacuisti in eis. Tu
es christe rex meus et deus meus: qui
mandas salutes Jacob. In te inimi-
cos nostros ventilabimus cornu: et in
nomine tuo spernemus insurgentes in
nobis. Non enim in arcu meo sperabo:
et gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus
nos: et odientes nos, confudisti. In
deo laudabimur tota die: & in nomine
tuo confitebimur in secula. Nunc
autē repulisti et confudisti nos: et non
egredieris deus i virtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimi-
cos nostros: et qui oderunt nos, diri-
piebant sibi. Dedisti nos tanquam
oues escarum: et in gentibus disper-
sisti nos. Vendidisti populum tuum
sin

sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem et derisum his qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici et persequentis. Hec omnia venerunt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras a via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos umbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret ista: ipse enim novit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis. Exurge, quare obdormis

domine exurge et ne repellas in finē.
Quare faciem tuam auertis: obliui-
sceris inopie nostre, et tribulationis
nostre: Quoniam humiliata est i pul-
uere anima nostra: conglutinatus est
in terra venter noster. Exurge domi-
ne adiuua nos: et redime nos propter
nomen tuum. Psalmus. xliij.
Eructauit cor meū verbum bo-
num: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: beloci-
ter scribentis. Speciosus forma pre
filijs hominum: diffusa est gratia i la-
bijs tuis: propterea benedixit te deus
ineternum. Accingere gladio tuo su-
per femur tuum: potentissime. Spe-
cie tua et pulchritudine tua: intende
prospere procede et regna. Propter ve-
ritatem et mansuetudinem et iusticia-
am: et deducet te mirabiliter dextera
tua. Sagitte tue acute: populi sub te
cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculū seculi: vir-
ga directionis virga regni tui. Dile-
xisti

rísti iustíciam et odísti iniquitatem:
propterea unxit te deus deus tuus o-
leo leticie pre consortibus tuis. Myr-
rha et gutta et casia a vestimentis tu-
is a domibus eburneis: ex quibus de-
lectauerunt te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris tuis in
vestitu deaurato, circundata varieta-
te. Audi filia et vide, & inclina aurem
tuam: et obliuíscere populum tuum et
domum patris tui. Et cõcupíscet rex
decorem tuum quoniam ipse est domi-
nus deus tuus: et adorabũt eum. Et
filia Tyri in muneribus: vultum tuũ
deprecabuntur omnes diuites plebis
Omnis gloria eius filie regis ab in-
tus, in fimbríis aureis: circumamicta
varietatibus. Adducentur regi virgi
nes post eam: proxime eius afferẽtur
tibi. Afferentur in leticia & exultatio-
ne: adducentur in tẽplum regis. Pro
patribus tuis nati sunt tibi fílij: con-
stitues eos príncipes super omnem ter-
ram. Memor ero nominis tui do-

 mine:

mine: in omni generatione et gene-
rationem. Propterea populi confite-
buntur tibi in eternum: et in seculum
seculi. Psalmus. xlv.

DEus noster refugium et vir-
tus: adiutor in tribulationibus
que inuenerunt nos nimis. Propte-
rea non timebimus dum turbabitur
terra: et transferentur montes in cor
maris. Sonuerunt et turbate sunt
aque eorum: conturbati sunt montes
in fortitudine eius. Fluminis impe-
tus letificat ciuitatem dei: sanctifica-
uit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commoue-
bitur: adiuuabit eam deus mane di-
luculo. Conturbate sunt gentes & in-
clinata sunt regna: dedit vocem suam
mota est terra. Dominus virtutum
nobiscum: susceptor noster deus Ja-
cob. Venite et videte opera domini: q̃
posuit prodigia super terram. Auferens bella vsq; ad finem terre arcum
conteret

conteret et confringet arma et scuta comburet igni. Vacate, & videte quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor i terra. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus Iacob. Psalmus. xlvi.

OMnes Gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam: speciem Iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo: et dominus i voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter. Regnabit deus super gentes: deus sedet super sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham: quoniam dij fortis terre vehementer eleuati sunt. Psalmus. xlvii.

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione vniuerse terre: mons Syon latera aquilonis: ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum. Ipsi videntes, sic admirati sunt conturbati sunt commoti sunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum: i ciuitate dei nostri: deus fundauit eam ineternum. Suscepimus deus misericordiā tuā: in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus: sic et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua Letetur mons Syon et exultent filie Jude: propter iudicia tua domine. Circundate Syon et complectimini eam: narrate in turribus eius. Poni-

te

te corda vestra in virtute eius: et distribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus, deus noster in eternum, et in seculū seculi: ipse reget nos in secula. Psalm. xlviii.

AUdite hec omnes Gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigene et filij hominum: simul in vnum diues et pauper. Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudētiam. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui confidunt in virtute sua: et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit redimet homo: non dabit deo placationem suā. Et precium redemptionis anime sue et laborabit in eternum, et viuet adhuc in finem. Nō videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt. Et relin-

quent alienis diuitias suas: et sepul-
chra eorum domus illorum in eternū
Tabernacula eorum in progenie et
progenie: vocauerunt nomina sua in
terris suis. Et homo cum in honore
esset nō intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibus et similis factus
est illis. Hec via illorum scandalum
ipsis: et postea in ore suo cōplacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt:
mors depascet eos. Et dominabūtur
eorum iusti in matutino: et auxilium
eorum veterascet in inferno a gloria
eorum. Veruntamen deus redimet
animam meam de manu inferi: cum
acceperit me. Ne timueris cum diues
factus fuerit homo: et cum multipli-
cata fuerit gloria domus eius. Quo-
niam cum interierit non sumet omnia:
neq; descendet cum eo gloria eius. Q;
anima eius in vita ipsius benedicetur
confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit in progenies patrum suo-
rum: & vsq; meternum non videbit lu-
men.

men. Homo cum in honore esset non intellexit: cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, et similis factus est illis. ℣. xlix.

Deus deorum dominus locutꝰ est: et vocauit terram. A solis ortu vsqꝫ ad occasum: ex Syon species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: et in circũitu eius tempestas valida. Advocauit celum desursum: et terrã discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt celi iusticiam eius: quoniam deus iudex est. Audi populus meus & loquar Israel: et testificaboꝛ tibi: deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semp. Non accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sunt omnes fere siluarum: iumenta in montibus et boues. Cognoui omnia

volatilia

volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terre & plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis: eruam te et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meū per os tuum? Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermōes meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malicia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scādalum: hec fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam. Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat

piat et non sit qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Psalmus. l.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuā. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniā iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum cōtra me est semper. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: et iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me domine ysopo et mundaboz: lauabis me, et super niuem dealbaboz. Auditui meo dabis gaudiū et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum

Cor mundum crea in me deus: & spi-
ritum rectum innoua i visceribus me-
is. Ne proicias me a facie tua: et spi-
ritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiam salutaris tui: et
spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te
conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiã tuam. Dñe
labia mea aperies: et os meum annũciabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor
contritum et humiliatum deus nõ despicies. Benigne fac domine in bona
voluntate tua Syon: vt edificentur
muri Hierusalem. Tunc acceptabis
sacrificium iusticie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare
tuum vitulos.

Psalmus.lij.

Quid gloriaris in malicia: qui
potens es in iniquitate? Tota
die

die iusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti et timebunt, et super eum ridebunt: et dicent ecce homo qui non posuit deū adiutorem suum. Sed speravit in multitudine diuitiarum suarum: et prevaluit i vanitate sua. Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei speraui in misericordia dei i eternum: et in seculum seculi. Confiteboꝛ tibi i seculum qꝛ fecisti: et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in cōspectu sanctoꝛum tuoꝛum. Psalmus. liij.

Dixit insipiens in coꝛde suo: nō est deus. Coꝛrupti sunt et abhominabiles facti sunt iniquitatibus: non est qui faciat bonum. Deus de

celo

celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonum non est vsq̄ ad vnum. Nōne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus sprevit eos. Quis dabit ex Syon salutare Israel: cum conuerterit deus captiuitatem plebis sue: exultabit Jacob et letabitur Israel. Psalmus. liii.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus

adiuuat

adiuuat me: et dominus suscepto⁹ est
anime mee. Auerte mala inimicis me-
is: et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi et confi-
teb⁹ nomini tuo domine: quoniã bo-
num est. Quoniam ex omni tribula-
tione eripuisti me: et super inimicos
meos despexit oculus meus. Ps. lxxv.
Exaudi deus orationem meam
et ne despexeris deprecationem
meam: intende mihi et exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione
mea: et conturbatus sum inimici, et a
tribulatione peccatoris. Quoniam
declinauerunt in me iniquitates: et in
ira molesti erat mihi. Cor meum cõ-
turbatum est ī me: et formido mortis
cecidit super me. Timor et tremor ve-
nerunt super me: et conte⁹erunt me te-
nebre. Et dixi, quis dabit michi pen-
nas sicut columbe: et volabo et requi-
escam. Ecce elongaui fugiens: et mã-
si in solitudine. Expectabam eum qui
saluum me fecit: a pusillanimitate spi-

ritus et tempestate. Q̃ecipita domine et diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia. Et nō defecit de plateis eius: vsura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiq̃. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendant in infernum viuētes. Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum. Ego autē ad dominum clamaui: et dñs saluabit me. Vespere et mane, et meridie narrabo et annūciabo: et exaudiet vocem meā. Redimet in pace aiam meam ab his qui appropiquant mihi: qm̃ iter multos erant mecum,

cum exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis cōmutatio & non timuerunt deū: extendit manum suam in retribuēdo. Contaminauerunt testamentū eius: diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula. Iacta super dominum curam tuam et ipse te enutriet: non dabit in eternum fluctuationem iusto. Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine. Psalmus. lv.

Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo sermones meos in deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba

mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malũ. Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sicut sustinuerunt animam meam: pro nichilo saluos facies illos, in ira populos confringes. Deus, vitam meum annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sicut et in promissione tua: tunc cõuertentur inimici mei retrorsum. In quacũq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo verbum: in domino laudabo sermonem, in deo speraui non timebo quid faciat michi homo. In me sũt dies vota tua, que reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meã de morte, et pedes meos de lapsu: vt placeam coram deo in lumine viuentium. Psalmus. lvi.

MIserere mei deꝰ miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarũ sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo:

mabo ad deum altissimum: deum qui
benefecit michi. Misit de celo et libe-
rauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiam
suam et veritatem suam: et eripuit a-
nimam meam de medio catulorū leo-
num dormiui conturbatus. Filij ho-
minum dentes eorum arma et sagitte:
et lingua eorum gladius acutus. Ex-
altare super celos deus, et in omnem
terram gloria tua. Laqueum para-
uerunt pedibus meis: et incurvauerūt
animam meam. Foderunt ante faciē
meam foueam: et inciderunt in eam.
Paratum cor meum: cantabo & psal-
mum dicam. Exurge gloria mea, ex-
urge psalterium et cythara: exurgam
diluculo. Confiteboꝛ tibi in populis
domine: & psalmum dicam tibi in gen-
tibus. Quoniā magnificata est vsq;
ad celos misericordia tua: et vsq; ad
nubes veritas tua. Exaltare super
celos deus: et super omnem terram
gloria tua.

Psalmus. lvii.

Si vere vtiq; iusticiam loquimini: recte iudicate filij hominũ. Etenim i corde iniquitates operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnant. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerũt ab vtero locuti sũt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Que non exaudiet vocem incantantium: et venifici incantis sapienter. Deus cõteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferentur: super ceciderunt ignis et nõ viderunt solem. Priusquã intelligerent spine vestre rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos. Letabit iustus cum viderit vindictã: manus suas lauabit i sanguine peccatoris. Et dicet homo si vtiq; est fructus iusto: vtiq; est Deus iudicans eos in terra. ps. lvii.

Eripe

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinū salua me. Quia ecce ceperunt animā meam: irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum dñe: sine iniquitate cucurri et direxi. Exurge in occursum meū et vide: et tu domine deus virtutū deus Israel. Intende ad visitādas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Convertētur ad vesperam & famem patientur vt canes: et circūibunt ciuitatem. Ecce loquētur in ore suo: et gladius in labijs eorum, quoniā quis audiuit. Et tu domine deridebis eos: & ad nihilū deduces omnes gentes. Fortitudinē meā ad te custodiam: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia ei⁹ preueniet me. Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermonem labiorū ipsorum: et comprehendantur i superbia sua. & t de execratione et mendatio: annunciabuntur in consummationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur Jacob et finium terre. Conuertētur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circūibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et exultabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus: et refugium meum in die tribulationis mee. Adiutor meus tibi psallam quia deus susceptor meus es: deus meus mia mea. .ps.lix.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est. Ostendisti populo

tuo

tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuẽtibus te significationem: vt fugiant a facie arcus. Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor sichimam: et conuallem tabernaculorũ metibor. Meus est Galaad, et meus est Manasses: et Effrai fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: Moab olla spei mee. In Idumeam extendam calciamentum meum: michi alienigene subditi sunt. Quis deducet me i ciuitatem munitam: quis deducet me vsq; in Idumeam: Nonne tu deus q̃ repulisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione: q̃ vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse ad nichilum deducet tribulantes nos.

Psalmus.lx.

Exaudi deus deprecationẽ meã: intende oratioñi mee. A finibus terre ad te clamaui: dum auriaretur

cor meum in petra exaltasti me. Et
duxisti me quia factus es spes mea:
turris fortitudinis a facie inimici. In-
habitabo in tabernaculo tuo in secu-
la: protegar in velamento alarum tu-
arum. Quoniam tu deus meus exau
disti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcies: annos eius usq; in diem generationis et generationis. Permanet ineternum in conspectu dei: misericordiam et veritatē eius quis requiret? Sic psalmū dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddam vota mea de die in diem. ℣. Ivi.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non movebor amplius. Quousq; irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos tāquam parieti inclinato, et macerie depulse. Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in siti

or

oꝛe suo benedicebant et coꝛde suo ma-
ledicebant. Ueruntamen deo subie-
cta esto anima mea: quoniam ab ipso
patientia mea. Quia ipse deus meus
& saluatoꝛ meus: adiutoꝛ meus nō
emigrabo. In deo salutare meum et
gloꝛia mea deus auxilij mei: et spes
mea in deo est. Sperate in eo omnis
congregatio populi: effundite coꝛam
illo coꝛda vestra deus adiutoꝛ noster
ineternum. Ueruntamen vani filij
hominum, mendaces filij hominum i
stateris: vt decipiant ipsi de vanitate
in idipsum. Nolite sperare in iniqui-
tate et rapinas nolite concupiscere: di-
uitie si affluant nolite coꝛ apponere.
Semel locutus est deus duo hec au-
diui: quia potestas dei est, & tibi domi-
ne misericoꝛdia: quia tu reddes vni-
cuiqꝫ iuxta opera sua. Psalmus. lxij.
Deus deus meus: ad te de luce
vigilo. Sitiuit in te anima
mea: quã multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta inuia et in aquosa

sic

sit in sancto apparui tibi: vt viderem
virtutem tuam et gloziam tuã. Quo-
niam melioz est misericozdia tua sup
vitas: labia mea laudabunt te. Sic
benedicam te in vita mea: et in nomi-
ne tuo leuabo manus meas. Sicut
adipe et pinguedine repleatur anima
mea: et labijs exultationis laudabit
os meum. Si memoz fui tui super
stratum meum, in matutinis medita-
boz i te: quia fuisti adiutoz meus. Et
in velamento alarum tuarum exulta-
bo, adhesit anima mea post te: me susce
pit dextera tua. Ipsi vero in vanum
quesierunt animam meam introibũt
in inferioza terre, tradẽtur in manus
gladij: partes vulpiũ erunt. Rex ve-
ro letabitur in deo laudabuntur oẽs
qui iurant in eo: quia obstructum est
os loquentium iniqua. Psalmus. lxij

Exaudi deus ozationem meam
cum deprecoz: a timoze inimici
eripe animam meam. Qzotexisti me a
cõuentu malignantium: a multitudi-
ne

ne operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum et nō timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderēt laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altū: et exaltabitur deus. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum et infirmate sunt contra eos lingue eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. ps. lxiiij

TE decet hymnus deus in Syon: et tibi reddetur votum in hierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impietati

impietatibus nostris tu propiciaberis
Beatus quem elegisti et assumpsisti:
inhabitabit in atriis tuis. Replebimur
in bonis domus tue: sanctum est tem-
plum tuum mirabile in equitate. Ex-
audi nos deus salutaris noster: spes
omnium finium terre et in mari lon-
ge. Qui parās montes in virtute tua
accinctus potētia: qui conturbas pro-
fundum maris sonum fluctuum eius.
Turbabuntur Gentes et timebunt
qui habitant terminos a signis tuis:
exitus matutini et vespere delectabis.
Visitasti terram et inebriasti eam:
multiplicasti locupletare eam. Flu-
men dei repletum est aquis: parasti ci-
bum illorum: quoniam ita est prepa-
ratio eius. Rivos eius inebriās mul-
tiplica genimina eius: in stillicidiis e-
ius letabitur germinans. Benedices
corone anni benignitatis tue: et cam-
pi tui replebuntur ubertate. Pingue
scēt speciosa deserti: et exultatione col-
les accingentur. Induti sunt arietes
ouium

ouiū et valles abundabunt frumēto:
clamabūt etenim hymnū dicent. Ps. lxv
IUbilate deo omnis terra, psal-
mum dicite nomini eius: date
gloziam laudi eius. Dicite deo quam
terribilia sunt opera tua domine: in
multitudine virtutis tue mentientur
tibi inimici tui. Omnis terra adozet
te et psallat tibi: psalmum dicat nomi-
ni tuo. Venite ⁊ videte opera dei: ter-
ribilis in consiliis super filios homi-
num. Qui conuertit mare in aridam i
flumine pertransibunt pede: ibi letabi-
mur in ipso. Qui dominatur i virtute
sua ineternum: oculi eius super gētes
respiciunt: qui exasperant non exaltē-
tur in semetipsis. Benedicite gentes
deum nostrum: et auditam facite vo-
cem laudis eius. Qui posuit animam
meam ad vitam: ⁊ non dedit in cōmo-
tionem pedes meos. Quoniā pzobasti
nos deus igne nos examinasti: sicut e-
xaminātur argentū. Induxisti nos in
laqueū: posuisti tribulationes in dozso
nostro:

nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et locutum est os meum: in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum: offeram tibi boues cum hircis. Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui: et exaltaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus: et attendit voce deprecationis mee. Benedictus deus: qui non amouit orationem meam: et misericordiam suam a me. Psalmus. lxvij.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuã: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confite-

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate et Gentes in terra dirigis. Confiteãtur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus noster, benedicat nos deus: et metuant eũ oẽs fines terre.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereãt peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur i leticia. Cãtate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascẽdit super occasũ: dominus nomen illi. Exultate in cõspectu eius turbabuntur a facie eius: patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnus moris in domo. Qui educit vinctos in fortitu-

dine: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Deus cum egredieris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est, etenim celi distillauerunt a facie dei Synai: a facie dei Israel. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: ut quid suspicamini mōtes coagulatos: Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decē milibus

libus multiplex milia letantium dñs in eis in Synai in sancto. Ascendisti in altum: cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes: inhabitare dominum deū. Benedictus dñs die quotidie: prospe rum iter faciet nobis deus salutaris nostrorum. Deus noster deus saluos faciēdi: et domini domini exitus mortis. Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantiū in delictis suis. Dixit dominus ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum. In ecclesijs benedicite deo: dño de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus: in mētis excessu. Principes Juda duces

eorum: principes Zabulon, principes Neptalim. Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis: congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludat eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes que bella volũt venient legati ex Egypto: Ethiopia preueniet manus ei9 deo. Regna terre cãtate deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem. Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis, date gloriam deo super Israel: magnificentia eius, et virtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinẽ plebi sue benedictus deus. Dñs. irbus.

Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit

merſit me. Laboraui clamans rauce facte ſunt fauces mee: defecerunt oculi mei, dum ſpero in deum meum. Multiplicati ſũt ſuper capillos capitis mei: que oderunt me gratis. Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: que non rapui tunc exoluebã. Deus tu ſcis inſipientiam meam: et delicta mea a te non ſunt abſcondita. Non erubeſcant in me qui expectant te, domine: domine virtutum. Non confundantur ſuper me: qui querunt te deus Iſrael. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſũ fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobãtium tibi, ceciderunt ſuper me. Et operui in ieiunio animam meam: et factum eſt in opprobrium mihi. Et poſui veſtimentum meum cilicium & factus ſum illis in parabolam. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in

portā: et in me psallebant qui bibebāt vinum. Ego vero orationem meam ad te domine: tēpus beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me i veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me, et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aque: neq; absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suū. Exaudi me domine quoniā benignā est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciē tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. Intēde anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Tu scis impetium meum et confusionem meam: & reuerentiā meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum et miseriam. Et sustinui q̄ simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et nō inueni. Et dederūt

in

in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ: et in retributiones et in scandalũ. Obscurentur oculi eorũ ne videant: et dorsum eorũ semp incurua. Effunde super eos iram tuã: ⁊ furor ire tue cõprehendat eos. Fiat habitatio eor̃ deserta: et in tabernaculis eor̃ nõ sit qui inhabitet. Quẽ tu percussisti persecuti sũt: et super dolorẽ vulnerũ meor̃ addiderũt. Appone iniquitatem super iniquitatẽ eor̃: et nõ intrent i iusticiã tuã. Deleantur de libro viuẽtiũ: et cũ iustis nõ scribantur. Ego sũ paup et dolẽs: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomẽ dei cum cantico: ⁊ magnificabo eũ i laude. Et placebit deo super vitulũ nouellũ: cornua producentem et vngulas. Videant pauperes et letẽtur: querite deum et viuet anima vestra. Quõ exaudiuit pauperes dñs: et vinctos suos non despexit. Laudent illũ celi ⁊ terra: mare et oia reptilia in eis. Quõ deus saluã

faciet Syon: et edificabuntur ciuitates Jude. Et inhabitabũt ibi: et hereditate acquirent eã. Et semen seruorum eius possidebit eã: et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. Psalmus.

DEus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuãdum me festina. Confundantur et reuerentur: qui querunt animam meam. Auertantur retrorsum & erubescant: qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris. Psalmus.

IN te domine speraui nõ confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam: et salua me. Esto mihi in deum protectorem et in locum munitum;

nitum: vt saluum me facias. Quoniã firmamẽtum meum: et refugium meum es tu. Deus meꝰ eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legẽ agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea domine: domine spes mea a iuuentute mea. In te confirmatus sum ex vtero: de vẽtre matris mee tu es protector meus. In te cãtatio mea semper tanquã prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude vt cãtem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerũt inimici mei mihi: ⁊ qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum. Dicentes deus dereliquit eum: persequimini, et comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice. Confundantur ⁊ deficiant detrahentes anime mee: operiantur con

fusione et pudore: q̃ querunt mala mi-
hi. Ego autem semper sperabo: et ad-
iciã super omnem laudem tuam. Os
meum annunciabit iusticiam tuã: to-
ta die salutare tuum. Q̃m non cogno
ui litteraturam introibo in potentias
dñi: dñe memorabor iusticie tue solius
Deus docuisti me a iuuentute mea:
et vsq̃ nunc ꝓnunciabo mirabilia tua.
Et vsq̃ in senectã et senium: deus ne
derelinquas me. Donec annunciem
brachium tuum: generationi omni q̃
ventura est. Potentiam tuam et iusti
ciam tuam deus vsq̃ in altissima que
fecisti magnalia: deus quis similis ti-
bi. Quantas ostendisti mihi tribula-
tiones multas et malas et conuersus
viuificasti me: et de abyssis terre iteri
reduxisti me. Multiplicasti magnifi-
centiam tuam: et conuersus consola-
tus es me. Nam et ego confitebor ti-
bi in vasis psalmi veritatem tuam de-
us: psallam tibi in cythara sanctus is-
rael. Exultabunt labia mea cum cã-

tauero

tuero tibi: et in anima mea quam redemisti. Sed et in lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam: cum cõfusi et reueriti fuerint qui querunt mala mihi. Psalmus. lxxi.

Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum tuũ in iusticia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiam mõtes pacem populo: et colles iusticiam. Iudicabit pauperes populi et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: in generationes et generationem. Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iusticia et abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidẽt ethyopes: et inimici eius terram lingent. Reges Tharsis et insule munera offerent: regis Arabum

et

et Saba dona adducent. Et adorabunt eū oēs reges terre: omnes Gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet et dabitur ei de auro Arabie: et adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei. Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomē eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes Gentes magnificabūt eum. Benedictus dominus deus Israel: qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat fiat.

Psalmus. lxxij.

Quam

Quam bonus Israel deus: his qui recto sunt corde. Mei autē pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Quia nō est respectus morti eorum: et firmamentum in plaga eorum. In labore hominum nō sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectū cordis. Cogitauerunt et locuti sunt nequiciam: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in celum os suum: et lingua eorum transiuit in terra. Ideo conuertetur ppulus meus hic: et dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt quomodo scit deus & si est sciētia in excelso. Ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocētes manus meas. Et fui flagellatus to-

ta

ta die: ⁊ castigatio mea in matutinis.
Si dicebã narrabo sic: ecce nationem
filiorum tuorꝝ reprobaui. Existima-
bã vt cognoscerẽ hoc: labor est ãte me.
Donec intrem in sanctuarium dei: et
intelligam i nouissimis eorũ. Verun-
tamen propter dolos posuisti eis: deie-
cisti eos dum alleuarentur. Quõ facti
sunt i desolationẽ subito defecerũt: pe-
rierunt propter iniquitatẽ suã. Velut
somniũ surgentiũ: dñe in ciuitate tua
imaginem ipsorum ad nihilũ rediges.
Quoniã inflammatum est cor meum et re-
nes mei commutati sunt: et ego ad ni-
hilum redactus sum et nesciui. Ut iu-
mentum factus sum apud te: ⁊ ego sẽ-
per tecum. Tenuisti manum dexterã
meã, et i voluntate tua deduxisti me:
et cum gloria suscepisti me. Quid eni
mihi est in celo: ⁊ a te quid volui super
terram? Defecit caro mea et cor meũ:
deus cordis mei et pars mea deus in
eternum. Quia ecce qui elongant se a
te peribunt: perdidisti oẽs qui fornicã-
tur

tur abs te. Mihi autem adherere deo bonum est: ponere in dño deo spē meā. Ut annunciem omnes predicationes tuas: in portis filie Syon.

Ps. lxxiii.

Ut quid deus repulisti in finē: iratus est furor tuus sup oues pascue tue. Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tue: mōs Syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quāta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue. Posuerunt signa sua signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam. Incēderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerūt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa

nostra

nostra non vidimus iam non est pro-
pheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimi-
cus: irritat aduersarius nomen tuum
in finē? Ut quid auertis manum tuā
et dexteram tuam: de medio sinu tuo
in finem. Deus autem rex noster an-
te secula: operatus est salutem in me-
dio terre. Tu confirmasti in virtute
tua mare: contribulasti capita dra-
conum in aquis. Tu confregisti capita
draconis: dedisti eum escam populis
Ethiopum. Tu dirupisti fōtes et tor-
rentes: tu siccasti fluuios Ethan. Tu-
us est dies & tua est nox: tu fabricatus
es aurorā et solem. Tu fecisti om-
nes terminos terre: estatem et ver tu
plasmasti ea. Memor esto huius inimi-
cus improperauit domino: & populus
insipiens incitauit nomen tuum. Ne
tradas bestijs animas confitentes ti-
bi: et animas pauperum tuorum ne
obliuiscaris i finem. Respice in testa-
mentum tuum: quia repleti sunt qui

obscurati

obscurati sunt terre domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuū. Surge deus iudica causam tuam: memor esto improperiorū tuorum eorum qui ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Ps. lxxiiii.

CONfitebimur tibi deus: confitebimur et inuocabimus nomē tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis nolitis inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus deum iniquitatem. Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; a desertis montibus: quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri

plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in
hoc veruntamē fex eius non est exina-
nita: bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annunciabo in seculum:
cātabo deo Jacob. Et omnia cornua
peccatorum confringam: et exaltabū-
tur cornua iusti. Psalmus. lxv.

DOtus in Judea deus: ī Jsrael
magnum nomen eius. Et fa-
ctus est ī pace locus eius: et habitatio
eius in Syon. Ibi confregit potenti-
as: arcum scutum gladium et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a monti-
bus eternis: turbati sunt omnes insi-
pientes corde. Dormierunt somnum
suum: et nihil inuenerunt oēs viri di-
uitiarum in manibus tuis. Ab increpatione tua deus Jacob: dormitaue-
runt qui ascenderunt equos. Tu ter-
ribilis es et qs resistet tibi: extunc ira
tua. De celo auditum fecisti iudiciū:
terra tremuit et quieuit. Cum exur-
geret in iudiciū deus: vt saluos faceret
omnes mansuetos terre. Quoniam co-

gitatio

gitatio hominis cõfitebitur tibi: & reliquie cogitationis diem festum agẽt tibi. Quouete & reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert spiritum pzincipum: terribili apud reges terre. Psalmus.lxxvj.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deum et intendit mihi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus. Renuit consolari anima mea: memoz fui dei et delectatus sum et exercitatus sum: et defecit spiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum cozde meo: et exercitabar, et scopebam spiritum meum. Quunquid in eternum pzoiciet deus: aut non apponet vt complacitioz sit adhuc? Aut in finẽ misericozdiam suam abscindet: a

generatione in generationem. Aut
qbliuiſcetur miſereri deus aut conti-
nebit i ira ſua miſericoꝛdias ſuas. Et
dixi nunc cepi: hec mutatio dextere ex-
celſi. Memoꝛ fui operum domini: qꝛ
memoꝛ ero ab initio mirabilium tuo-
rum. Et meditaboꝛ in omnibus ope
ribus tuis: et in adinuentionibus tu-
is exerceboꝛ. Deus in ſancto via tua:
quis deus magnus ſicut deus noſter:
tu es deus qui facis mirabilia. Notã
feciſti in populis virtutem tuam: rede
miſti i bꝛachio tuo populum tuum: fi-
lios Jacob et Joſeph. Uiderunt te a-
que deus, viderunt te aque et timue-
runt: et turbate ſunt abyſſi. Multitu-
do ſonitus aquarum: vocem dederũt
nubes. Et enim ſagitte tue tranſeũt:
vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt
choꝛuſcationes tue oꝛbi terre: commo-
ta eſt et cõtremuit terra. In mari via
tua et ſemite tue in aquis multis: et
veſtigia tua non cognoſcentur. De-
duxiſti ſicut oues populum tuum: in
manu

manu Moysi et Aaron. Ps. lxxviij.

Attendite populе meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus et cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occulta a filijs eorum: in generatione altera. Narrantes laudes domini et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in Jacob: et legem posuit in Israel. Quanta mādauit patribus nostris: nota facere ea filijs suis vt cognoscat gnīratio altera. Filij qui nascentur, et exurgent: et narrabunt filijs suis. Vt ponant in deo spem suam et non obliuiscantur operum dei: et mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum: generatio prauа et exasperans. Generatio que non direxit cor suum: et non est creditus cum deo spiritus eius. Filij effrem intendentes et mit-

tentes arcũ: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei:
et i lege eius noluerũt ambulare. Et
obliti sunt benefactorum eius: et mira
bilium eius que ostendit eis. Coram
patribus eorũ fecit mirabilia in terra
Egypti: i cãpo Thaneos. Interrupit
mare et perduxit eos: et statuit aquas
quasi in vtre. Et deduxit eos in nube
diei: et tota nocte i illuminatiõe ignis.
Interrupit petram in heremo: et ada
quauit eos velut in abysso multa. Et
eduxit aquam de petra: et eduxit tan-
quã flumina aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in iram excitauerũt
excelsum in inaquoso. Et tentauerũt
deum in cordibus suis: vt peterent es-
cas animabus suis. Et male locuti
sunt de deo: dixerunt nunquid poterit
deus parare mensam i deserto? Quo-
niam percussit petrã & fluxerunt aquæ
et torrentes inundauerunt. Nunquid
& panem poterit dare: aut parare mẽ-
sam populo suo. Ideo audiuit dom-
nus

nus ⁊ distulit: et ignis accensus est in iacob: et ira dei ascēdit i Jsrael. Quia non crediderunt i deo: nec sperauerūt in salutari eius. Et mandauit nubib⁹ desup: et ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna ad māducandum: ⁊ panem celi dedit eis. Panem angelorū manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua affricum. Et pluit super eos sicut puluerē carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorū: circa tabernacula eorum. Et manducauerunt et saturati sunt nimis, et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum: et electos Jsrael impediuit. In oibus his peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorū cum

festinatione. Cum occideret eos que-
rebant eum et reuertebantur: et dilu-
culo veniebant ad eum. Et rememo-
rati sunt quia deus adiutor est eor: et
deus excelsus redemptor eor est. Et
dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua
mentiti sunt ei. Cor autem eorum nō
erat rectum cum eo: nec fideles habiti
sunt in testamento eius. Ipse autem
est misericors et propicius fiet pecca-
tis eorum: et non disperdet eos. Et
abundauit vt auerteret iram suam: et
non accendit omnem iram suam. Et
recordatus est quia caro sunt: spiritus
vadens et non rediens. Quotiens e-
xacerbauerunt eum in deserto: in ira
concitauerunt eum in inaquoso? Et
conuersi sunt et tentauerunt deum: et
sanctum Israel exacerbauerunt. Nō
sunt recordati manus eius die qua re-
demit eos: de manu tribulantis. Si-
cut posuit in Egypto signa sua: et pro-
digia in campo Thaneos. Et con
uertit in sanguinem flumina eorum: &

imbres

imbꝛes eoꝛum ne biberent. ⁊ misit in eos cinomyiam ⁊ comedit eos: et Rana-nam et disperdidit eos. ⁊ dedit erugini fructus eoꝛum: et laboꝛes eoꝛum locuste. ⁊ occidit in grādine vineas eoꝛum: ⁊ moꝛos eoꝛum in pꝛuina. ⁊ tradidit grandini iumenta eoꝛum: et possessionem eoꝛum igni. ⁊ misit in eos iram indignationis sue indignationē et iram, ⁊ tribulationem immissiones per angelos malos. ⁊ iā fecit semite ire sue: et non pepercit a moꝛte aiarū eoꝛum: et iumenta eoꝛū in moꝛte conclusit. ⁊ percussit omne pꝛimogenitum in terra Egypti: pꝛimitias omnis laboꝛis eoꝛum in tabernaculis Chā. ⁊ abstulit sicut oues populum suū: et perduxit eos tanquam gregem in deserto. ⁊ dedurit eos in spe, ⁊ nō timuerunt: et inimicos eoꝛum operuit mare. ⁊ iduxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dertera eius. ⁊ eiecit a facie eoꝛum Gentes ⁊ soꝛte diuisit eis terrā:

in funiculo distributionis. Et habita
re fecit in tabernaculis eorum: tribus
israel. Et tentauerunt & exacerbauē-
runt deum excelsum: et testimonia ei⁹
non custodierunt. Et auerterunt se et
non seruauerunt pactum: quemadmo
dum patres eorum conuersi sunt i ar-
cum prauum. In iram concitauerunt
eum in collibus suis: & in sculptilibus
suis ad emulationem eum prouocaue
runt. Audiuit deus et spreuit: et ad ni-
hilum redegit valde Israel. Et repu-
lit tabernaculum Sylo: tabernaculū
suum vbi habitauit i hominibus. Et
tradidit in captiuitatem virtutem eō-
rum: et pulchritudinem eorum in ma-
nus inimici. Et concluſit i gladio po-
pulum suum: et hereditatē suam spre-
uit. Iuuenes eorum comedit ignis:
et virgines eorum non sunt lamenta-
te. Sacerdos eorum in gladio ceciderunt: et vidue eorum nō plorabantur.
Et excitatus est tanq̄ dormiens do-
minus: tāquam potens crapulatus a
vino.

bino. Et percussit inimicos suos i po-
steriora: opprobrium sempiternum de
dit illis. Et repulit tabernaculū Jo-
seph: et tribum Effraym non elegit.
Sed elegit tribum Juda: montem
Syon quem dilexit. Et edificauit si-
cut unicorniū sanctificium suū in ter-
ra: quam fundauit i secula. Et elegit
Dauid seruum suum, et sustulit eum
de gregibus ouiū: de post fetantes ac-
cepit eum. Pascere Jacob seruum su-
um: et Israel hereditatem suam. Et
pauit eos in innocentia cordis sui: & in
intellectibus manuum suarum dedu-
xit eos. Psalmus. lxxviii.

Deus venerunt gentes in here-
ditatem tuam: polluerunt tem-
plum sctm̄ tuum posuerunt Hierusalē
in pomorū custodiā. Posuerunt mor-
ticina seruorum tuorū escas volatilib⁹
celi, carnes sanctorū tuorū bestiis ter-
re. Effuderunt sanguinem eorū tan-
quam aquam in circuitu Hierusalem:
et nō erat qui sepeliret. Facti sumus
oppro-

opprobrium vicinis nostris: subsanna
tio et illusio his qui in circuitu nostro
sunt. Usquequo domine irascēris in fi-
nem; accēdetur velut ignis zelus tu-
us. Effunde iram tuam i Gentes que
te non nouerunt: et in regna que no-
men tuum non inuocauerunt. Quia
comederunt Iacob: et locum eius de-
solauerunt. Ne memineris iniquita-
tum nostrarum antiquarum: cito an-
ticipent nos misericordie tue: q̄ pau-
peres facti sum⁹ nimis. Adiuua nos
deus salutaris noster: et propter glo-
riam nominis tui domine, libera nos
et propicius esto peccatis nostris pro-
pter nomen tuum. Ne forte dicant in
Gentibus vbi est deus eorum & innote-
scat in nationibus coram oculis no-
stris. Ultio sanguinis seruorum tuo-
rum qui effusus est: introeat in conspe
ctu tuo gemitus compeditorum. Se-
cundum magnitudinem brachij tui:
posside filios mortificatorū. Et red-
de vicinis nostris septuplum i sinu eo-
rum

rum: imꝓperium ipsoꝝ quod exꝓbꝛauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum. In generatione et generationem: annunciabimus laudem tuam. ps.lxxix.

Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Joseph. Qui sedes super cherubin manifestare coꝝam Effraim, Beniamin, & Manasse. Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte nos: et ostende faciam tuam et salui erimus. Domine deus virtutū: quousqꝫ irascēris super oꝛationem serui tui. Cibabis nos pane lachꝛymarum: et potum dabis nobis in lachꝛymis in mensura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus. Vineam de Egypto trāstulisti: eiecisti Gentes et plantasti eam. Dux iteneris fuisti i con-

conſpectu eius: et plãtaſti radices eius et impleuit terram. Operuit montes vmbra eius: et arbuſta eius cedros dei. Extẽdit palmites ſuos vſq; ad mare: et vſq; ad flumẽ propagines eius. Ut quid deſtruxiſti maceriam eius: et vidēmiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de ſilua: et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Deus virtutum conuertere: reſpice de celo et vide et viſita vineam iſtam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et ſuper filiũ hominis quem confirmaſti tibi. Incenſa igni et ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua ſuper virum dextere tue: et ſuper filium hois quem confirmaſti tibi. Et non diſcedimus a te viuificabis nos: et nomen tuũ inuocabimus. Domine deus virtutum conuerte nos: et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Pſalmus lxxx.

Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Jacob. Sumite pſal-

mum

mum et date tympanum: psalterium
iocundum cum cythara. Buccinate in
neomenia tuba: in insigni die solenni-
tatis vestre. Q7 preceptum in Israel
est: et iudicium deo Jacob. Testimo-
nium i Joseph posuit illud, cum exiret
de terra Egypti: linguam quã non no
uerat audiuit. Diuertit ab oneribus
deorsum eius: manus eius in cophino
seruierunt. In tribulatione inuocasti
me et liberaui te: exaudiui te in absco-
dito tẽpestatis: probaui te apud aquã
contradictionis. Audi populus meus
& contestaboꝛ te: Israel si audieris me
non erit in te deus recens: neq; adoza-
bis deum alienũ. Ego enim sum dñs
deus tuus q̃ eduxi te de terra Egypti:
dilata os tuum et implebo illud. Et
non audiuit populus meus vocẽ meã
et Israel non intendit mihi. Et dimi-
si eos secundum desideria coꝛdis eo-
rum: ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me: israel
si in vijs meis ambulasset. Quo nihilo

forsitan

forsitan inimicos eorum humiliassem et super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

Deus stetit in Synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat. Usquo iudicatis iniquitatem et facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperē et egenum: de manu peccatoris liberate. Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulāt: mouebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi, dij estis et filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neq; compescaris deus quoniam ecce inimici tui sonuerunt

et

et q̃oderunt te extulerunt caput. Super populum tuũ malignauerunt cõsilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen Israel vltra. Quoniã cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te testamentum disposuerunt: tabernacula Idumeorum & Ismaelite. Moab et Agareni Gebal et Ammõ & Amalech: alienigene cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cũ illis: facti sunt in adiutorium filijs Loth. Hac illis sicut Madiã et Sisare: sicut Jabin i torrente Cisson. Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre. Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb: et Zebee et Salmana. Omnes principes eorum qui dixerũt: hereditate possideamus sanctuarium dei. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburẽs montes. Ita

persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine. Erubescant & conturbentur in seculum seculi: et confundãtur et pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra. Psalmus. lxxxiii.

QUam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cõcupiscit et deficit anima mea in atria domini. Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domũ: et turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus et deus me⁹. Beati qui habitant i domo tua dñe: in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute i virtutem, videbitur deus deorum in Syon. Domine deus virtutum

tutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies una in atrijs tuis: super millia. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocētia: domine virtutum beatus homo qui sperat in te. Psalmus. lxxxiij.

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. Remisisti iniquitatem plebis tue operuisti omnia peccatorum eorum. Mitigasti omnem irā tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Nunquid ineternum irascēris nobis: aut extendes iram tuam a generatione ī generationē? Deus tu conuersus viuificabis nos:

et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiã quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam, Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor. Uerumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria ī terra nostra. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia de celo prospexit. Etenim dñs dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos. ps. lxxxv.

Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniã inops et pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam

animam meam leuaui. Quoniã tu domine suauis ⁊ mitis: et multe misericordie omnibus inuocãtibus te. Auribus percipe domine orationẽ meam: et intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in diis domine: et nõ est secundum opera tua. Omnes Gentes quascunq; fecisti venient et adorabũt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus. Deduc me domine in via tua: et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me: et synagoga potentium quesierunt animam meam: ⁊ non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miseratoꝛ et misericoꝛs: patiens et multe misericoꝛdie et veraꝛ. Respice ī me ⁊ miserere mei: da imperium puero tuo: et saluum fac filium ancille tue. Fac mecum signū in bonū: vt videant qui oderunt me et confundantur: quoniã tu dñe adiuuisti me et ꝛsolatus es me. ℣. lxxxvi.

Fundamenta eius in montibus sãctis: diligit dominus poꝛtas Syon super omnia tabernacula Jacob. Gloꝛiosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memoꝛ ero Raab et Babilonis: scientium me. Ecce alienigene ⁊ Tyrus et populus Ethyopum: hi fuerunt illic. Nunquid Syon dicet, homo, ⁊ homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit in scripturis populoꝛum: ⁊ pꝛincipum hoꝛum qui fuerunt in ea. Sicut lctãtium oim: habitatio est ī te. ℣. lxxxvij.

Domine deus salutis mee: ī die clamaui ⁊ nocte coꝛam te. Intret ī conspectu tuo oꝛatio mea: inclina aurem

aurem tuam ad pzecem meam. Quia
repleta est malis aia mea, & vita mea:
in inferno appzopiquaut. Estimatus
sum cum descendentibus in lacum: fa-
ctus sum sicut homo sine adiutozio in-
ter moztuos liber. Sicut vulnerati
dozmientes in sepulchzis, quozum nõ
es memoz amplius: et ipsi de manu
tua repulsi sunt. Posuerunt me in la-
cu inferiozi: in tenebzosis et in vmbza
moztis. Super me confirmatus est
furoz tuus: et omnes fluctus tuos in-
duxisti super me. Longe fecisti notos
meos a me: posuerunt me abhomina-
tionem sibi. Traditus sum et non e-
grediebar: oculi mei languerunt pze
inopia. Clamaui ad te domine: tota
die expandi ad te manus meas. Nũ-
quid moztuis facies mirabilia: aut
medici suscitabunt & confitebuntur ti-
bi. Nunquid narrabit aliquis in se-
pulchzo misericozdiam tuam: et veri-
tatem tuam in perditione. Nunquid
cognoscẽtur i tenebzis mirabilia tua:

et iustitia tua in terra obliuionis. Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuã a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximũ: et notos meos a miseria. Psalm⁹. lxxxviij.

Misericordias domini: in eternum cantabo. In generatione et generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis. Disposui testamẽtum electis meis: iurauI Dauid seruo meo vsq; in eternum parabo semẽ tuum. Et edificabo i generatione et generationem: sedem tuam. Confitebuntur celi mirabilia

rabilia tua domine: etenim veritatem
tuam i ecclesia sanctorum. Quoniam
quis in nubibus equabitur domino:
similis erit domino in filijs dei. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui i circuitu eius sunt. Domine deus virtutū quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestatis maris motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachijs virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti. Thabor et Hermō in nomine tuo: exultabunt tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia et iudicium preparatio sedis tue.
Misericordia et veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vul-

tus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra: et sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis et dixisti: posui adiutorium in potente: et exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugã conuertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me, pater meus es tu: deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum

ponam

ponã illum: excelsum pre regibus terre. In eternum seruabo illi misericordiam meam: et testamẽtum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius: et thronum eius sicut dies celi. Si aũt dereliquerint filij eius legem meã: et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iusticias meas pphanauerint: et mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorũ: et in verberibus peccata eorũ. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea. Neq; pzophanabo testamentum meum: & que pzocedunt de labijs meis nõ faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar: semẽ eius ĩeternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta ĩeternum: et testis ĩ celo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti: distulisti chzistum tuũ. Auertisti testamentum serui tui: pzophanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti

omnes

omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes trãseuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius: et non es auxiliatus ei i bello. Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione. Usq quo domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare q̃ mea substantia: nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum. Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi. Vbi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti Dauid in veritate tue. Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt cõmutati-

mutationem Christi tui. Benedictus dominus ineternum fiat fiat. ℣. lxxxix

Domine refugiū factus es nobis: a generatione in generationem. Priusquam montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsqꝫ in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem: et dixisti, Conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterna que pretexit. Et custodia in nocte que pro nihilo habētur: eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat mane floreat ⁊ transeat: vespere decidat induret et arescat. Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras i conspectu tuo seculum nostrū in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuagita annis. Si autem in potē-

tatibus

tatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur. Quis nouit potestatē ire tue: et pre timore tuo iram tuā dinumerare. Dextteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia. Conuertere domine vsquequo: et deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus omnibus diebus nostris. Letati sumus pro diebus quib⁹ nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorū. Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opus manuū nostrarum dirige super nos: et opus manuū nostrarum dirige. p. xc.

Qui habitat in adiutorio altissimi: i protectione dei celi cōmorabitur. Dicet dño, susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantiū: et a ver-

bo

bo aſpero. Scapulis ſuis obũbrabit tibi: et ſub pẽnis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius: nõn timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die, a negocio perãbulante in tenebris: ab incurſu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis conſiderabis: et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedum tuum. Super aſpidem et baſiliſcum ambulabis: et conculcabis Leonem et Draconem. Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegã eum quoniam cognouit nomen meũ.

Clamauit

clamauit ad me et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meū. Psalmus. xci.

BOnum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam & veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio: cum cantico in cythara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine quoniã ecce inimici tui peribũt: et dispergentur omnes qui operantur iniqui-

iniquitatem. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Plantati in domo domini: in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: et bene pacientes erunt vt annunciēt. Quoniam rectus dominus deus noster: et non est iniquitas in eo. ℣. xcij

DOminus regnauit decorem indutus est: indutus est dominꝰ fortitudinem et precinxit se. Etenim firmauit orbem terre: qui nō commouebitur. Parata sedes tua extunc: a seculo tu es. Eleuauerūt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerūt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis i altis dominus. Testimonia tua

credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. Psalmus. xciij.

DEus ultionum dominus, deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Usqz quo peccatores dñe: usqz quo peccatores gloriabuntur? effabuntur & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniusticiam. Populum tuum domine humiliauerunt: et hereditati tuam vexauerunt. Uiduam et aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus Jacob. Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit Gentes non arguet: qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine

mine: et de lege tua docueris eum.
Ut mitiges eum a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam: hereditatem suam non derelinquet. Quoadusq; iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illum a omnes qui recto sunt corde. Quis consurget michi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuit me: paululominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabit me.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam.
Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis dolorem in precepto?
Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est mihi dominus in refugium: et deus meus in adiutorium

spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorũ: & in malicia eorũ disperdet eos, disperdet illos dñs deus nr̃. ps. xciij.

Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Prꝛe occupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus: & rex magnus super omnes deos. Qꝛ in manu eius sunt omnes fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccam manus eius formauerunt. Venite adorꝛemus et prꝛocidamus: et plorꝛemus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. Et nos populus pascue eius: et oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corꝛda vestra. Sicut i irritatione: secundum diem tentationis i deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri: prꝛobauerunt et viderunt opera mea. Quadꝛaginta annis offensus fui generationi

tioni illi: et dixi, semp hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Psalmus. xcv.

Cantate domino canticum nouū: cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius. Annunciate inter gentes gloziam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magn9 dominus et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij Gentium demonia: dominus autem celos fecit. Confessio et pulchzitudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gētium, afferte domino gloziam & honorem: afferte domino gloziam nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius: adozate dominum in atrio sancto eius. Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus

 quia

quia dominus regnauit. Etenim cor-
rexit orbem terre qui non commoue-
bitur: iudicabit populos in equitate.
Letentur celi et exultet terra; com-
moueantur mare et plenitudo eius,
gaudebunt campi et omnia que in eis
sunt. Tunc exultabunt omnia ligna
siluarum a facie domini quia venit:
quoniam venit iudicare terram. Iu-
dicabit orbem terre in equitate: et po-
pulos in veritate sua. Psalmus. xcvi.
Dominus regnauit exultet ter
ra: letentur insule multe. Nu-
bes et caligo in circuitu eius: iusticia
et iudiciū correctio sedis eius. Ignis
ante ipsum precedet: et inflammabit
in circuitu inimicos eius. Illuxerunt
fulgura eius orbi terre: vidit et com-
mota est terra. Montes sicut cera flu-
xerunt a facie domini: a facie domini
omnis terra. Annunciauerunt celi
iusticiam eius: et viderunt omnes po-
puli gloriam eius. Confundantur
omnes qui adorant sculptilia: et qui
gloriantur

gloziantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est Syon. Et exultauerunt filie Jude: propter iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto: et rectis corde leticia. Letamini iusti in domino: et confitemini memorie sanctificationis eius.

Psalmus. xcvij.

Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Salnauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu Gentium reuelauit iusticiam suam. Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui Jsrael. Uiderunt omnes termini terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra: cãtate et exultate

et psallite. Psallite domino in cythara, in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee. Jubilate in conspectu regis domini, moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant i eo. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu dñi: quoniam venit iudicare terram. Judicabit orbē terrā in iustitia: & populos i equitate. Psalm. Dominus regnauit irascantur populi: qui sedes super Cherubin moueatur terra. Dominus in syon magnus, et excelsus, super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est: et honor regis iudiciū diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iusticiam in Jacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum: et adorate scabellum pedum eius quoniam sānctum est. Moyses et Aaron in sacerdotibus eius: et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum

num et ipse exaudiebat eos: in colum-
na nubis loquebatur ad eos. Custo-
diebant testimonia eius: et preceptum
quod dedit illis. Domine deus noster
tu exaudiebas eos: deus tu propitius
fuisti eis: et ulciscens in omnes adin-
uentiones eorum. Exaltate dominum
deum nostrum: et adorate in monte
sancto eius: quoniam sanctus domi-
nus deus noster. Psalmus. xcix.
Iubilate deo omnis terra: seruite
domino in letitia. Introite in
conspectu eius: in exultatione. Scito-
te quoniam dñs ipse est deus: ipse fe-
cit nos: et nō ipsi nos. Populus eius
et oues pascue eius introite portas e-
ius in confessione: atria eius in hym-
nis confitemini illi. Laudate nomen
eius quoniam suauis est dominus, in
eternum misericordia eius: et usq; in
generationem & generationem veritas
eius. Psalmus. C.
Misericordiam et iudicium can
tabo tibi domine: psallam et i-
 telli-

telligã in via immaculata quando veníes ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui. Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo: hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde: cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabit. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatẽ.

Psalmus. ci.

DOmine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Nõ auertas faciem tuam a me:

in

in quacunqz die tribuloz inclina ad me aurem tuam. In quacunqz die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fenum & aruit coz meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus sum Pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui et factus sum sicut Passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabãt. Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. A facie ire indignationis tue: qz eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exurgens misereberis Syon: qz

tempus

tempus miserendi eius quia venit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt Gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloziam tuam. Quia edificauit dominus Syon: et videbitur in glozia sua. Respexit in ozationem humilium: et non spreuit precem eozum. Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditozum: vt solueret filios interemptozum. Ut annuncient in Syon nomen domini: et laudem eius in Hierusalē. In conueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant domino. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meozum nūcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meozum: in generatione et generationem anni tui. Initio tu domine terram fundasti: et ope-

ta

ta manuum tuarum sunt celi. Ipsi
peribunt tu autem permanes: et om-
nes sicut vestimentū veterascent. Et
sicut opertorium mutabis eos et mu-
tabuntur: tu autem idem ipse es et an-
ni tui non deficient. Filij seruorum
tuorum habitabūt: et semen eorum in
seculum dirigetur. Psalmus. C. ij.
Benedic anima mea domino: et
omnia que intra me sunt, nomi-
ni sancto eius. Benedic anima mea
domino: et noli obliuisci omnes retri-
butiones eius. Qui propiciatur om-
nibus iniquitatibus tuis: qui sanat
omnes infirmitates tuas. Qui redi-
mit de interitu viam tuam: qui coronat
te in misericordia et miserationibus.
Qui replet i bonis desiderium tuum:
renouabitur vt aquile iuuentus tua.
Faciens misericordias dominus: et
iudicium omnibus iniuriam patien-
tibus Notas fecit vias suas Moysi:
filijs Israel voluntates suas. Mise-
rator et misericors dominus: longa-
nimis

nimis et multum misericors. Q ō in perpetuum irascetur: neq; in eternum comminabitur. Q on secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Q uoniam secundum altitudinem celi a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se. Q uantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Q uomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pulvis sumus: homo sicut fenum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit. Q uoniã spiritus pertransibit in illo & non subsistet & non cognoscet amplius locum suum. Q isericordia autem dñi ab eterno: et vsq; in eternum super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mãdatorum ipsius: ad faciendum ea. Dominus si

celo

celo parauit sedem suam: et regnū ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius potētes virtute: faciētes verbum illius, ad audiendam vocem sermonū eius. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite dño omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino. ps. Ciij.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem vrentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes

stabunt

stabũt aque. Ab increpatione tua fu-
gient: a voce tonitrui tui formidabũt.
Ascendunt montes et descendunt cã-
pi: in locum quem fundasti eis. Ter-
minum posuisti quem non transgredi-
entur: neq; conuertentur operire ter-
ram. Qui emittis fontes in conuallib-
bus: inter medium montium pertran-
sibunt aque. Potabunt omnes bestie
agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabunt:
de medio petrarum dabunt voces. Ri
gans montes de superioribus suis: de
fructu operum tuorum satiabitur ter
ra. Producens fenum iumentis: et
herbã seruituti hominum. Ut educas
panem de terra: et vinum letificet cor
hominis. Ut erhilaret faciem in oleo:
et panis cor hominis confirmet. Sa-
turabuntur ligna campi: et Cedri Li-
bani quas plantauit, illic passeres ni-
dificabunt. Herodii domus dux est
eorum: montes excelsi ceruis petra re-
fugium herinacijs. Fecit lunam in
tempora:

tempora: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue. Catuli Leonum rugientes vt rapiant: et querât a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suã vsq; ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum est spacio sum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertrãsibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt dies illis escam in tempore. Dante te illis colligẽt aperiente te manum tuã: omnia replebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient, et in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et

renouabis faciē terre. Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigāt. Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quam diu sum. Iucundum sit ei eloquium meū: ego vero delectabor in domino. Deficient peccatores a terra et iniqui, ita vt non sint, benedic anima mea dño. ℣. Cui.

COnfitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter Gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius laudamini in nomine sancto eius. Letetur cor querentium dominum: querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Mementote mirabilium eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius: filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui: verbi quod

manda-

mandauit in mille generationes. Q̃ dispoſuit ad Abraham: et iuramẽti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit illud Iacob in preceptum: et Iſraeli in teſtamentum eternum. Dicens tibi dabo terram Chanaan: funiculum hereditatis veſtre. Cum eſſent numero breui: pauciſſimi et incole eius. Et pertranſierunt de gente in gentẽ: et de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere chriſtos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famem ſuper terram: et omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrũ pertranſijt animam eius: donec veniret verbum eius. Eloquium domini inflammauit eum: miſit rex et ſoluit eum, princeps populorum et dimiſit eum. Conſtituit eum dominum domꝰ ſue: et principẽ omnis poſſeſſionis ſue.

Et erudiret pzincipes eius sicut se-
metipsum: et senes eius pzudentiam
doceret. Et intrauit Israel in Egy-
ptum: et Jacob accola fuit in terra
Cham. Et auxit populum suum ve-
hementer: et firmauit eum super ini-
micos eius. Conuertit coz eozum ut
odirent populum eius: et dolum face-
rent in seruos eius. Misit Moysen ser-
uum suum: Aaron quem elegit ipsum
Posuit in eis verba signozum suoz-
et pzodigiozum in terra Cham. Misit
tenebzas et obscurauit: et non exacer-
bauit sermones suos. Conuertit a-
quas eozum in sanguinem: et occidit
pisces eozum. Et dedit terra eozum
Ranas: in penetralibus regum ipso-
rum. Dixit & venit cinomia: et cinifes
in omnibus finibus eozum. Posuit
pluuias eozum grādinem: ignem cō-
burentem in terra ipsozum. Et per-
cussit vineas eozum: et ficulneas eo-
rum: et contriuit lignum finium eoz.
Dixit et venit locusta et bzucus: cuz
non

non erat numerus. Et comedit omne fenum in terra eorum: & comedit omnem fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorũ: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento et auro: et nõ erat i tribubus eorum infirmus. Letata est Egyptus i profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem. Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt i siccis flumina. Quoniã memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suũ. Et eduxit populum suũ in exultatione: et electos suos in letitia. Et dedit illis regiones Gentiũ: et labores populorum possederũt. Vt custodiant iustificationes eius: et legem eius exquirant. Psalmus. Cv.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam i seculum mi-

fericordi a eius. Quis loquetur potestias domini: auditas faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt iudicium: et faciunt iusticiam in omni tempore. Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad letandum in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Patres nostri in Egypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordie tue. Et irritauerunt ascendentes in mare: mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam. Et increpuit mare rubrum et exsiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt

in

in verbis eius : et laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt obliti sunt operum eius: et non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto : et tentauerunt deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum: et misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum domini. Aperta est terra et deglutiuit Dathan: et operuit super congregationem Abyron. Et exarsit ignis in Synagoga eorum: flamma combussit peccatores. Et fecerunt vitulum in Oreb: et adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam: in similitudinem vituli comedentis fenum. Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Egypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Vt auerteret

iram eius ne disperderet eos: ꝙ pro nihilo habuerunt terram desiderabilem Non crediderunt verbo eius et murmurauerunt in tabernaculis suis: nō exaudierunt vocem domini. Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deiiceret semen eorum in nationibus: et dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor: ꝙ comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eū in adinuentionibus suis: et multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees ꝙ placauit: ꝙ cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iusticiam: in generatione et generationem vsqꝫ in sempiternum. Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: et veratus est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labiis suis: non disperderunt Gentes quas dixit dominus illis. Et cōmixti sunt inter Gentes et didicerunt opera eorum, et seruierūt sculptilibus eorū:

et

et factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos: & filias suas demonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus et contaminata est i operibus eorum: et fornicati sunt i adinuentionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos in manus Gentium: et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manibus eorum: sepe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularent nr: et audiuit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium

qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noster: et congrega nos de nationibus. Vt confiteantur nomini sancto tuo: et gloziemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israel a seculo et vsqz in seculum: et dicet omnis populus fiat fiat. Psalmus. Cvi.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericozdia eius. Dicant qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici: & de regionib⁹ congregauit eos. A solis oztu et occasu: ab aquilone et mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes et sitientes: anima eozum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eoz⁹ eripuit eos. Et deduxit eos in viam recta: vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino misericozdie eius: et mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem:

inanem:et animam esurientem satia-
uit bonis. Sedentes in tenebris et i
umbra mortis:vinctos in mendicita-
te et ferro. Quia exacerbauerunt e-
loquia dei: et consilium altissimi irri-
tauerunt. Et humiliatum est in la-
boribus cor eorum: et infirmati sunt
nec fuit qui adiuuaret. Et clamaue-
runt ad dominum cum tribularen-
tur:et de necessitatibus eorum libera-
uit eos. Et eduxit eos de tenebris et
umbra mortis: et vincula eorum dis-
rupit. Confiteantur domino miseri-
cordie eius:& mirabilia eius filijs ho-
minum. Quia contriuit portas ereas
et vectes ferreos confregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eorum: propter
iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima
eorum:et appropinquauerunt vsq; ad
portas mortis. Et clamauerũt ad do-
minum cum tribularentur:& de neces-
sitatibus eorum liberauit eos. Misit
verbum suum & sanauit eos:et eripuit
eos

eos de interitionibus eorum. Confi-
teantur domino misericordie eius: &
mirabilia eius filijs hominum. Et
sacrificent sacrificium laudis: et an-
nuncient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus:
facientes operationem in aquis mul-
tis. Ipsi viderũt opera domini: et mi-
rabilia eius in profundo. Dixit et ste-
tit spiritꝰ procelle: et exaltati sunt flu-
ctus eius. Ascendunt vsqꝫ ad celos &
descendunt vsqꝫ ad abyssos: animam
eorum in malis tabescebat. Turbati
sũt et moti sunt sicut ebrius: et omnis
sapientia eorum deuorata est. Et cla-
mauerunt ad dominum cum tribula-
rentur: et de necessitatibus eorum e-
duxit eos. Et statuit procellam eius
in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: & dedu-
xit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie e-
ius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: et
in

in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: et exitus
aquarum in sitim. Terram fructife-
ram in salsuginem: a malicia inhabi-
tantium in ea. Posuit desertum i sta-
gna aquarum: et terram sine aqua in
exitus aquarum. Et collocauit illic
esurientes: et constituerunt ciuitatem
habitationis. Et seminauerũt agros
et plantauerunt vineas: et fecerunt
fructũ natiuitatis. Et benedixit eis
et multiplicati sunt nimis: et iumen-
ta eorum nõ minorauit. Et pauci fa-
cti sunt: et vexati sunt a tribulatione
malorum et dolore. Effusa est contẽ-
tio super principes: et errare fecit eos
in inuia et nõ in via. Et adiuuit pau-
perẽ de inopia: et posuit sicut oues fa-
milias. Videbunt recti & letabuntur:
et omnis iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et intel
liget misericordias domini. ps. Cvij.

Paratum cor meum deus para-
tum cor meum: cãtabo et psal-
lam

lã i gl̃ia mea. Exurge gl̃ia mea, exurge psalt̃iũ & cythara: exurgã diluculo. Confiteboꝛ tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus. Quia magna est sup̃er celos miseriꝯdia tua: et vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare sup̃er celos deus, et sup̃er omnem terram gloꝛia tua: vt liberentur dilecti tui. Saluũ fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est i sancto suo. Exultabo et diuidam Sichimam: et conuallem tabernaculoꝛum dimetiar. Meus est Galaad, et meus est Manasses: et Effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus: Moab lebes spei mee. In Idumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vsq; in Idumeam? Nonne tu deus qui repulisti nos: et non exibis deus in virtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. In deo faciemus vir tu-

birtutem: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Psalmus. Cviij.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odij circundederunt me et expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem: et diabolus stet a dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus: et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: et uxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius et mendicent: et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius: et diripiant alieni labores eius. Non sit

illi adiutor: nec sic qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini: & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, et dispereat de terra memoria eorum: pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem et mendicum: et compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit benedictionem et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum: et intrauit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper precingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum: et qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu dñe dñe fac mecũ propter nomen tuum: quia suauis est misericordia

tordia tua. Libera me quia egenus & pauper ego sum: et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cū declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me et mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus: saluum me fac secundū misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hec: et tu domine fecisti eā. Maledicent illis et tu benedices: qui insurgunt in me confundātur, seruus autem tuus letabitur. Induātur qui detrahunt mihi pudore: et operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum. Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentibus aiam meā.

Psalmus. Cir.

Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec po

nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dñs ex Syon: dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferū genui te. Iurauit dominus & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus implebit ruinas: cōquassabit capita in terra multorū. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. ℣. Cri

CONfitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione. Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius. Confessio et magnificētia opus eius: & iusticia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus: escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui:

virtutem

virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Ut det illis hereditatem Gentium: opera manuum eius veritas et iudicium. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate. Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum. Sanctum et terribile nomen eius: initium sapiētie timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Psalmus. Cxi.

Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus. Iucundus homo qui miseretur et commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebitur.

In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius non commouebitur: donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Psalmus. Cxij.

Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsqz i seculum. A solis ortu vsqz ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem

sterilem i domo: matrem filiozum le-
tantem. Psalmus. Cxiij.
IN exitu Israel de Egypto: do-
mus Jacob de populo barbaro.
Facta est Judea sanctificacio eius:
israel potestas eius. Mare vidit et fu-
git, Jozdanis cõuersus est retrozsum:
Montes exultauerunt vt arietes: et
colles sicut agni ouium. Quid est tibi
mare q fugisti: et tu Jozdanis qz con-
uersus est retrozsum: Montes exulta-
stis sicut arietes: et colles sicut agni o-
uium. A facie domini mota est terra:
a facie dei Jacob. Qui conuertit pe-
tram in stagno aquarum: et rupem in
fontes aquarum. Non nobis domine
non nobis: sed nomini tuo da gloziam
Super misericozdia tua et veritate
tua: nequando dicant Gentes, vbi est
deus eozum: Deus autẽ noster in ce-
lo: oia quecunqz voluit fecit. Simula
chra Gentium argentum et aurum:
opera manuum hominum. Os habẽt
et non loquentur: oculos habent et nõ

videbunt. Aures habent et non audient: nares habent et non odorabũt. Manes habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus Israel speravit in domino: adiutor eorum et protector eorum est. Domus Aaron speravit ī domino: adiutor eorum et protector eorum est. Qui timent dominũ speraverunt ī domino: adiutor eorum et protector eorum est. Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus. Adiiciat dominus super vos: et super filios vestros. Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine: neq; omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viui-

mus

mus benedicimus dominꝰ:ex hoc nūc
et vsqꝫ in seculum. Psalmus. Cxiij.
DIlexi qñ exaudiet dñs vocem
oꝛationis mee. Qꝫ inclinauit
aurē suā mihi:et in diebus meis inuo-
cabo. Circundederūt me doloꝛes moꝛ
tis:ꝫ pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et doloꝛem inueni:et
nomē dñi inuocaui. O dñe libera ani-
mam meā misericoꝛs dñs et iustus:ꝫ
deus nr̄ miseretur. Custodiens paꝛ-
uulos dñs: humiliatus sum et libera-
uit me. Conuertere aīa mea in requiē
tuam:qꝫ dñs benefecit tibi. Qꝫ eripu-
it animā meā de moꝛte oculos meos a
lachꝛymis:pedes meos a lapsu. Pla-
cebo dño:in regione viuoꝛum. ℣. Cxv
CRedidi pꝛopter qō locutus sum:
ego autem humiliatus sum ni-
mis. Ego dixi in excessu meo: omnis
homo mendax. Quid retribuam dño:
pꝛo oibus qui retribuit mihi. Calicē
salutaris accipiam:et nomē dñi inuo-
cabo. Vota mea dño reddā coꝛam oi

populo eius: pzeciosa in conspectu domini mozs sanctozum eius. O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancille tue. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam i conspectu omnis populi eius: i atriis domus domini in medio tui Hierusalem. ℣. Cxvi.

LAudate dominum omnes gentes: laudate eū omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericozdia eius: et veritas domini manet ineternum. Psalmus. Cxvii.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam i seculum misericozdia eius. Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericozdia eius. Dicat nūc domus Aaron: quoniam i seculum misericozdia eius. Dicāt nunc qui timēt dominum: quoniam i seculum misericozdia eius. De tribulatione mea inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine

ve dominus. Dominus mihi adiutor:
et non timebo qd faciat mihi hō. Do-
minus mihi adiutor: et ego despiciam
inimicos meos. Bonum est confidere
in domino: quam confidere in homine
Bonum est sperare in domino: quam
sperare in principibus. Omnes Gen-
tes circuierunt me: et in nomine do-
mini quia vltus sum in eos. Circun-
dantes circundederunt me: et in no-
mine domini: quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes et ex-
arserunt sicut ignis in spinis: et in no-
mine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus eversus sum vt caderem:
et dñs suscepit me. Fortitudo mea et
laus mea dominus: et factus est mihi
in salutem. Vox exultationis & salutis:
in tabernaculis iustorum. Dextera do-
mini fecit virtutem dextera domini ex
altauit me: dextera domini fecit virtu-
tem. Non moriar sed viuam: et nar-
rabo opera domini. Castigans casti-
gauit me dominus: et morti non tra-

dixit me. Aperite mihi portas iustitie et ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in ea. Confitebor tibi quoniā exaudisti me: et factus es mihi in salutem. Lapidē quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. O domine saluū me fac, o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini. Benedixim⁹ vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis. Constituite diem solennē in condensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem. Confitemini domino quoniam bonus: quoniā in seculum misericordia eius. ℣. Cybum

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Beati

qui

qui scrutantur testimonia eius i toto
cozde exquirunt eum. Non enim qui
operantur iniquitatem: in vijs eius
ambulauerunt. Tu mandasti mãda-
ta tua: custodire nimis. Vtinam diri-
gantur vie mee: ad custodiendas iu-
stificationes tuas s. Tunc non confun
dar: cum perspexero in omnibus man-
datis tuis. Confiteboz tibi in directi-
one cozdis: i eo quod didici iudicia iu-
sticie tue. Iustificationes tuas custo-
diam: nõ me derelinquas vsqzquaqz.
In quo corrigit adolescentioz viam
suam: in custodiendo sermones tuos.
In toto cozde meo exquisiui te: ne re-
pellas me a mandatis tuis. In cozde
meo abscondi eloquia tua: vt non pec-
tem tibi. Benedictus es domine: doce
me iustificatiões tuas. In labijs me-
is pzonũciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniozum tuozum dele-
ctatus sum: sicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exerceboz: et con-
siderabo vias tuas. In iustificatiõib9
tuis

tuis meditaboꝛ, non obliuiſcar ſermones tuos. Pſalmus.

BEtribue ſeruo tuo viuifica me: et cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos: et conſiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: i omni tempoꝛe. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me oppꝛobꝛium et cõtemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt pꝛincipes et aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur i iuſtificationibus tuis. Nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt: et conſilium meum iuſtificationes tue. Adhęſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbum tuum. Vias meas annunciaui & exaudi me: doce me iuſtificationes tuas. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit

mitauit anima mea pre tedio: cõfirma me in verbis tuis. Uiã iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei. Uiam veritas elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adheli testimonijs tuis domine: noli me cõfundere. Uiam mãdatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum. Psalmus.

Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper. Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiã illam in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorũ: quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Sta tue seruo tuo eloquium tuum: i timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mãdata tua: in equitate tua viuifica me. Et veniat super me misericordia tua domine: salutare

lutare tuum secundum eloquium tuū.
Et respondebo exprobrantibus mihi
verbum: qz speraui in sermonibus tu
is. Et ne auferas de ore meo verbū
veritatis vsqzquaqz: quia in iudicijs
tuis supersperaui. Et custodiam legē
tuam semper: in seculum et in seculum
seculi. Et ambulabam in latitudine:
quia mandata tua exquisiui. Et lo-
quebar de testimonijs tuis in conspe-
ctu regum: et non confundebar. Et
meditabar in mandatis tuis: que di-
lexi. Et leuaui manus meas ad man
data tua que dilexi: et exercebor me
iustificationibus tuis. Psalmus.

Memor esto verbi tui seruo tuo:
in quo mihi spem dedisti. Hec
me consolata est in humilitate mea:
quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebant vsqzquaqz:
a lege autem tua non declinaui. Me-
mor fui iudiciorum tuorum a seculo
domine: et consolatus sum. Defectio
tenuit me: pro peccatoribus derelin-
quen-

mentibus legem tuam. Quantabiles mihi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam. Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui. Portio mea domine: dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumpleti sunt me: et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me. Psalmus.

Bonitatē fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbū tuū.

Bonitatem

Bonitatem et disciplinam et scientiam
doce me: quia mandatis tuis credidi
Priusq̃ humiliarer ego delinqui: pro-
pterea eloquium tuum custodiui. Bo-
nus es tu: et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. Multiplicata est
super me iniquitas superborum: ego
aũt in toto corde meo scrutabor man-
data tua. Coagulatum est sicut lac
cor eorum: ego vero legem tuam me-
ditatus sum. Bonũ mihi quia humili-
asti me: vt discam iustificationes tu-
as. Bonum mihi lex oris tui: super
milia auri et argenti. Manus tue fe-
cerunt me & plasmauerunt me: da mi-
hi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timet te videbũt me & letabũtur
quia in verba tua superusperani. Co-
gnoui domine qz equitas iudicia tua:
et in veritate tua humiliasti me. Fi-
at misericordia tua vt consoletur me:
secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tue & vi-
uam quia lex tua meditatio mea est.

Confun-

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar. Psalmus.

Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuã viuifica me: et custodiam testimonia oris tui. In eternum domine: verbum tuum per-

manet in celo. In generatione et ge-
nerationem veritas tua: fundasti ter-
ram & permanet. Ordinatione tua p-
seuerat dies: quoniam omnia seruiũt
tibi. Nisi q lex tua meditatio mea est
tunc forte perissem i humilitate mea.
In eternum non obliuiscar iustificatio-
nes tuas: quia in ipsis vuiuificasti me.
Tuus sum ego saluum me fac: quo-
niam iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt per-
derẽt me: testimonia tua intellexi. Om-
consummationis vidi finem: latum
mandatum tuum nimis. Psalmus.

QUomodo dilexi legem tuã do-
mine: tota die meditatio mea
est. Super inimicos meos prudẽtem
me fecisti mandato tuo: quia in eter-
num mihi est. Super omnes docen-
tes me intelleri: quia testimonia tua
meditatio mea est. Super senes intel-
lexi: q mãdata tua exquisiui. Ab om-
ni via mala prohibui pedes meos: vt
custodiam verba tua. A iudicijs tuis
non

non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis. Iuraui et statui custodire iudicia iustitie tue. Humiliatus sum vsquequaq; domine: viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus. Posuerũt peccatores laqueum mihi: et de mandatis tuis non erraui. Hereditate acquisiui testimõia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternũ propter retributionem. Psalmus.

Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum supersperaui. Declinate a me maligni:

et scrutabor mandata dei mei. Secun-
pe me secundum eloquium tuum et vi-
uam: et non confundas me ab expectati-
one mea. Adiuua me et saluus ero:
et meditabor in iustificationibus tuis
semper. Spreuisti omnes discedentes
a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio
eorum. Preuaricantes reputaui om-
nes peccatores terre: ideo dilexi testi-
monia tua. Confige timore tuo car-
nes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium et iustitiam: non tra-
das me calumniantibus me. Suscipe
seruum tuum in bonum: non calumnie-
tur me superbi. Oculi mei defece-
runt in salutare tuum: et in eloquium
iustitie tue. Fac cum seruo tuo secun-
dum misericordiam tuam: et iustifica-
tiones tuas doce me. Seruus tuus
sum ego da mihi intellectum: vt sciam
testimonia tua. Tempus faciendi do-
mine: dissipauerūt legem tuam. Ideo
dilexi mādata tua: super aurum et to-
pazion. Propterea ad omnia manda-

ta

ta tua dirigebar: omnem viam iniquã odio habui. Psalmus.

Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat parvulis. Os meum aperui et attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me et miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: et nõ dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a calũnijs hominum: vt custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum: et doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Iustus es domine: et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: et veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelꝰ meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum

vehementer: et seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas nō sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternum: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi et viuam. Psalmus.

Clamaui in toto corde meo exaudime dñe: iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiā mādata tua. Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua superspraui. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt psequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternū fū-

dasti

bastie es. Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam nō sum oblitus. Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequūtur me et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi preuaricantes et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iusticie tue. Psalmus.

Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super

iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine: et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuū domine: et lex tua meditatio mea est. Viuet aia mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabūt me. Erraui sicut ouis que perijt, quere seruū tuū dñe: q; mandata tua nō sū oblitus. p. cxix.

Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Psalmus. cxx.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram. Non det in commotionē pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neq; dormiet: qui custodit Israel. Dominus custodit te: dominꝰ protectio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem. Dominus custodit te ab omni

malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usq; in seculum. Psalmus. Cxxi.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalē que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium Israel ad confitendum nomini domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid. Rogate que ad pacem sunt Hierusalem: et abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri: quesiui bona tibi.

Psalmus. Cxxij.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut o-

culi

culi seruozum: in manibus dominoz̄
suozum. Sicut oculi ancille i manib⁹
domine sue: ita oculi nostri ad dominū
deum nostrum donec misereatur no-
stri. Miserere nostri domine miserere
nostri: quia multum repleti sumus de
spectione. Quia multum repleta est
anima nostra opprobrium abundan-
tibus: et despectio superbis. ℣. Ter-
tii. Nisi quia dominus erat in no-
bis dicat nunc Israel: nisi quia
dominus erat in nobis. Cum exur-
gerent homines in nos: forte vivos de
glutissent nos. Cū iracesceretur furoz
eozum in nos: forsitan aqua absorbu-
isset nos. Torrentem pertransiuit a-
nima nostra: forsitan pertransisset aia
nostra aquam intolerabilem. Bene-
dictus dominus qui non dedit nos: in
captione dentibus eozum. Ania nostra
sicut passer erepta est: de laqueo venā-
tium. Laqueus contritus est: et nos
liberati sumus. Adiutoziū nostrū i
noie dñi: qui fecit celū ⁊ terrā. ℣. Tertii

Qui

QUi confidunt in domino sicut mons Syon: non commouebitur in eternum, qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nūc et vsq; in seculum. Quia nō relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Bene fac domine: bonis et rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel. ℣. Cxrh.

IN conuertendo dominus captiuitatem Syō: facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter Gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes. Conuerte re domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes

Euntes ibant et flebant: mittentes
semina sua. Venientes autem veni-
ent cum exultatione: portantes manipulos suos. Psalmus. Cxxvi.
Nisi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt
qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui
custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postq̃ sederitis
qui māducatis panem doloris. Cum
dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini filij merces fructus
ventris. Sicut sagitte in manu potẽtis: ita filij excussorum. Beatus vir
qui impleuit desiderium suum ex ipsis
non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Psalmus. Cxxvii.
Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuũ tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut no-

uelle

uelle oliuarum: in circuitu mense tuæ. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex Syon: et videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorũ tuorũ: pacẽ super Israel. ℣. Requiẽ.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus cõcidet ceruices peccatorum: confundãtur & conuertantur retrorsum, omnes qui oderunt Syon. Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. De quo nõ impleuit manum suam qui metet: et sinũ suum qui manipulos colliget. Et nõ dixerunt qui præteribant: benedictio dñi super vos: benedixim⁹ vobis in noĩe dñi. ℣. Requiẽ.

De profũdis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam.

Fiant

Fiant aures tue intendentes: in vo-
cem deprecationis mee. Si iniquita-
tes obseruaueris domine: domine qs
sustinebit. Quia apud te propiciatio
est: et propter legem tuam sustinui te
domine. Sustinuit anima mea i ver-
bo ei9: speravit anima mea in domino.
A custodia matutina vsq; ad noctem:
speret Israel in domino. Quia apud
dñm misericordia: et copiosa apud eū
redemptio. Et ipse redimet Israel: ex
omnibus iniquitatibus eius. ℣. Cxxx.

Domine nō est exaltatū cor me-
um: neq; elati sunt oculi mei.
Neq; ambulaui in magnis: neq; in
mirabilibus super me. Si non humi-
liter sentiebam: sed exaltaui animam
meam. Sicut ablactatus est super
matre sua: ita retributio i anima mea.
Speret Israel in domino: ex hoc nūc
et vsq; in seculum. Psalmus. Cxxxi.

Memēto domine Dauid: et om-
nis mansuetudinis ei9. Sicut
iurauit dño: votum vouit deo Jacob.

Si

Si introiero i tabernaculum domus
mee: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: et
palpebris meis dormitationem. Et
requiem temporibus meis: donec in-
ueniam locum domino: tabernaculū
deo Jacob. Ecce audiuimus eam in
effrata: inuenimus eam in campis sil-
ue. Introibimus in tabernaculum e-
ius: adorabimus in loco vbi steterunt
pedes eius. Surge domine in requi
tuam: tu et archa sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iusticia:
& sancti tui exultent. Propter David
seruum tuum: non auertas faciē chri-
sti tui. Iurauit dominus David ve-
ritatem et non frustrabitur eum: de
fructu vētris tui ponam super sedem
tuam. Si custodierint filij tui testa-
mentum meum: & testimonia mea hec
que docebo eos. Et filij eorum vsq;
seculum, sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus Syon: e-
legit eam in habitationem sibi. Hec

requies

requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Uiduam eius benedicēs benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Illuc produ-cam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflore-bit sanctificatio mea. Psalmus. cxxxij.

Ecce quam bonum et quam iu-cundum: habitare fratres in u-num. Sicut unguentum in capite: qđ descendit in barbam barbam Aaron. Quod descendit in Aaron vestimen-ti eius: sicut ros Hermon qui descen-dit in montem Syon. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam usq; in seculum. ps. Cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini. Qui sta-tis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite ma-nus vestras in sancta & benedicite do-

minū. Benedicat te dominus ex Sy-
on: qui fecit celum et terrā. ℣. cxxxiiij.
Laudate nomē domini: laudate
serui dominū. Qui statis i do-
mo dñi: i atrijs dom⁹ dei nostri. Lau-
date dominū quia bonus dñs: psallite
nomini eius qm suaue. Qm Jacob e-
legit sibi dñs: Jsrael i possessionem si-
bi. Quia ego cognoui q magnus est
dñs: et deus noster pre omnibus dijs.
Omnia quecunq voluit dñs fecit in
celo et in terra: in mari et in omnibus
abyssis. Et ducens nubes ab extremo
terre: fulgura in pluuiā fecit. Qui pro-
ducit ventos de thesauris suis: qui per-
cussit primogenita Egypti: ab homine
usq ad pecus. Et misit signa et pro-
digia in medio tui Egypte: in Pharao-
nem et in omnes seruos eius. Qui
percussit gentes multas & occidit re-
ges fortes. Seon regē Amorreorum
et Og regem Basan: et omnia regna
Chanaan. Et dedit terram eorum
hereditatem: hereditatem Jsrael po-
pulo

pulo suo. Domine nomen tuum in-
ternum: domine memoriale tuum in
generatione et generationem. Quia
iudicabit dominus populum suum: et
in seruis suis deprecabitur. Simula-
chra Gentium argentum et aurum:
opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur: oculos
habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nec
enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et
omnes qui confidunt in eis. Domus
Israel benedicite domino: domus
Aaron benedicite domino. Domus
Leui benedicite domino: qui time-
tis dominum benedicite dño. Bene-
dictus dominus ex Syon: qui habi-
tat in Hierusalem. Psalmus. Cxxxv.
Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in eternum mi-
sericordia eius. Confitemini deo deo-
rum. Confitemini domino dominor. Qui
facit mirabilia magna solus. Qui fecit

terram super aquas. Qui fecit luminaria magna. Solem in potestatem diei. Lunam et stellas in potestatem noctis. Qui percussit Egyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit Israel de medio eorum. In manu potenti: et brachio excelso. Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones. Et eduxit Israel per medium eius. Et excussit Pharaonem: et virtutem eius in mari rubro. Qui traduxit populum suum per desertum. Qui percussit reges magnos. Et occidit reges fortes. Seon regem Amorreorum. Et Og regem Basan. Et dedit terram eorum: hereditatem. Hereditatem Israel: seruo suo. Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri. Et redemit nos: ab inimicis nostris. Qui dat escam omni carni. Confitemini deo celi. Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius. p. cxxxvi.

SUper flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus: dum re-

rozdaremur tui Syon. In salicibus
in medio eius: suspendimus organa
nostra. Quilic interrogauerunt nos:
qui captiuos durerunt nos verba cã-
tionũ. Et qui abdurerunt nos: hym-
num cantate nobis de canticis Syõ.
Quomodo cantabimus canticum do
mini: in terra aliena. Si oblitus fue-
ro tui Hierusalem: oblitioni detur de-
xtera mea. Adhereat lingua mea fau-
cibus meis: si non meminero tibi. Si
non proposuero Hierusalem: in prin-
cipio letitie mee. Memor esto domine
filiorum Edom: in die Hierusalem.
Qui dicunt, exinanite exinanite: vsq;
ad fundamentum in ea. Filia Baby-
lonis misera: beatus qui retribuet ti-
bi retributionem tuam, quam retribu
isti nobis. Beatus qui tenebit: et alli-
det parvulos suos ad petrã. ℣. Exrrvis.

Confiteboz tibi domine in toto
coz de meo: quoniam audisti ver
ba oris mei. In conspectu angelorũ
psallam tibi: adorabo ad tẽplum san-

ctum tuum et confitebor nomini tuo
Super misericordia tua et veritate
tua: quoniam magnificasti super om-
ne nomen sanctum tuū. In quacunq;
die inuocauero te exaudi me: multi-
plicabis in anima mea virtutē. Con-
fiteantur tibi domine oēs reges ter-
re: quia audierunt omnia verba oris
tui. Et cantent in vijs domini: quonia
magna est gloria domini. Quoniam
excelsus dominus et humilia respicit:
& alta a longe cognoscit. Si ambula-
uero in medio tribulationis viuificabis
me: et super iram inimicor meorū
extendisti manum tuam: & saluum me
fecit dextera tua. Dñs retribuet pro
me: dñe mia tua in seculū & opera ma
nuum tuarum ne despicias. ℣. exxxviij

Domine probasti me et cogno-
uisti me: tu cognouisti sessionē
meam et resurrectionem meam. In-
tellexisti cogitationes meas de longe:
semitam meam et funiculum meū in-
uestigasti. Et oēs vias meas preuidi
sti:

ti: quia non est sermo in lingua mea.
Ecce dñe tu cognouisti oia nouissima
et antiqua: tu formasti me et posuisti
super me manū tuā. Mirabilis facta
est scientia tua ex me: confortata est ⁊
nō potero ad eam. Quo ibo ad spiritu
tuo: et quo a facie tua fugiam. Si a-
scendero in celum tu illic es: si descēn-
dero in infernum ades. Si sumpsero
pennas meas diluculo: et habitauero
in extremis maris. Etenim illuc ma-
nus tua deducet me: ⁊ tenebit me dex
tera tua. Et dixi forsitan tenebre cō-
culcabunt me: et nox illuminatio mea
in delitijs meis. Quia tenebre non
obscurabuntur a te: et nox sicut dies
illuminabitur: sicut tenebre eius ita ⁊
lumen eius. Quia tu possedisti renes
meos: suscepisti me de vtero matris
mee. Confitebor tibi quia terribili-
ter magnificatus es: mirabilia opera
tua et anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te
quod fecisti in occulto: et substantia

mea in inferioribus terre. Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates tuas. Nonne qui oderunt te domine oderã: et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum: interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna.

Psalmus. Cxxxix.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant iniquitates i cor-

de:

de:tota die cõstituebant pzelia. Acue-
runt linguas suas sicut serpentes:ve-
nenum aspidum sub labijs eozũ. Cu-
stodi me domine de manu peccatozis:
et ab hominib⁹ iniquis eripe me. Qui
cogitauerunt supplãtare gressus me-
os: absconderũt superbi laqueum mi-
hi. Et funes extẽderunt in laqueum:
iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi domino, deus meus es tu: exau-
di domine vocem deprecationis mee.
Domine deus virtus salutis mee: ob
umbrasti super caput meum i die bel-
li. Ne tradas me domine a deside-
rio meo peccatozi: cogitauerunt con-
tra me ne derelinquas me ne forte ex-
altentur. Caput circuitus eozum: la-
bor labiozum ipsozũ operiet eos. Ca-
dent super eos carbones in ignem de-
jicies eos: in miserijs non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in ter-
ra: virum iniustum mala capient in i-
teritu. Cognoui quia faciet dominus
iudicium inopis: et vindictam paupe-

rum. Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cū vultu tuo. Psalmus. Cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo: & ostium circumstantie labijs meis. Non declines cor meū in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem: et nō communicabo cum electis eorū. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum aūt peccatoris non impinguet caput meū. Q. nō adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terrā. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi

mei

mei in te speraui, non auferas animã meam. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operãtium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Psalmus. Cxli.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationẽ meã ante ipsum pronuncio. In deficiẽdo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationẽ meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad

confi-

confitendum nomini tuo: me expectãt iusti donec retribuas mihi. ℘s. Cxlij.

DOmine exaudi orationẽ meã, auribus percipe obsecratiõem meã: in veritate tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudicium cũ seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expãdi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuã a me: et similis ero descendentibus i lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notã fac mihi viam in qua ambulem:

bulem:quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi,doce me facere voluntatem tuam qz deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulant animam meam:quoniā ego seruus tuus sum. Psalmus.cxliii.

Benedictus dominus deus meus qui docet manus meus ad prelium:et digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum: susceptor meꝰ et liberator meus. Protector meus et in ipso speraui:qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eū. Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt. Domine inclina celos tuos et descende:tange

montes

montes et fumigabãt. Fulgura choruscationem et dissipabis eos: emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decacordo psallam tibi. Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuũ: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis'. Quorum filij sicut nouelle plantationes: i iuuentute sua. Filie eorum cõposite: circumornate vt similitudo tẽpli. Promptuaria eorum plena: eructãtia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abũdantes in egressibus suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie neq; transitus: neq; clamor ĩ plateis eorum. Beatum dixerunt populum

lum cui hec sunt: beatus populus cui dominus deus Jacob. ꝑs. Tricesimus

Exaltabo te deus meus rex & benedicam nomini tuo in seculū: et in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi, et laudabo nomē tuū in seculū: et in seculum seculi. Magn⁹ dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit opera tua: et potētiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribiliū tuorum dicēt: & magnitudinem tuam narrabūt. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iusticia tua exultabunt. Miserator et misericors dñs: patiens et multum misericors. Suauis dñs vniuersis: et miserationes eius super omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicam tibi. Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.

Ut

Ut notam faciant filijs hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui. Regnum tuum regnum omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationem. Fidelis dominus in omnibus verbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.

Allevat dominus omnes qui corruunt: et erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.

Justus dominus in omnibus vijs suis: et sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet: et salvos faciet eos.

Custodit dominus omnes diligentes se: et oēs peccatores disperdet. Laudate nomen domini loquetur os meū,

et

et benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum: et i seculum seculi.

℣ Psalmus. Cxlv.

Lauda anima mea dominum: laudabo dominum i vita mea psallam deo meo quã diu fuero. Nolite confidere in pzincipibus: in filijs hominũ in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eozum. Beatus cuius deus Jacob adiutoz eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram: mare et omnia que i eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus solvit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatozum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus Syon: in generatione et generationẽ

Laudate dominū quoniam bonus est Psalmus deo nostro: sit iucunda decora q̄ laudatio. Edificans Hierusalem dominus: dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarū: et omnibus eis nomina vocat. Magnus dominus noster et magna virtus eius: q̄ sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians aut̄ peccatores vsq̄ ad terram. Q̄ zecinite domino in confessione: psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiā. Qui producit in montibus fenum: et herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tybijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum: q̄ in eis qui sperant super mi-

Lauda Hierusalem dominum: lauda deum tuum Syõ. Qui confoꝛtauit seras poꝛtarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit: & mittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annũciat verbum suum Jacob: iusticias et iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis. Psalmus. Cxlviij.

Laudate dominũ de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celoꝝ: et

aque que super celos sunt laudent nomen domini . Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit. Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate. Reges terre et oēs populi: principes et oēs iudices terre. Iuuenes & virgines senes cū iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum est nomen eius solius Confessio eius super celum & terram: et exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi. ps. Cxlix.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur Israel in eo qui fecit eum: et filie Syō exultent in rege suo.

Laudent

Laudent nomen eius in choro: i tym
pano ⁊ psalterio psallant et. Qz bene-
placitū est dño in populo suo: et exalta
uit mansuetos in salutē. Exultabunt
sancti in gloria: letabuntur in cubilib⁹
suis. Exultationes dei i gutture eoz:
⁊ gladij ancipites in manibus eozum.
Ad faciendam vindictā i nationibus:
increpatiões in populis. Ad alligā-
dos reges eozum i compedibus: et no-
biles eozum in manicis ferreis. Ut fa-
ciant i eis iudicium conscriptum: glo-
ria hec est omnibus sanctis eius. p. cl.

Laudate dñm in scīs eius: lau-
date eū in firmamēto virtutis
eius. Laudate eū in virtutibus eius:
laudate eum secūdum multitudinem
magnitudinis eius. Laudate eum in
sono tube: laudate eum in psalterio et
cythara. Laudate eum in tympano ⁊
choro: laudate eū in chordis ⁊ orgāno.
Laudate eum in cymbalis benesonā
tibus: laudate eum in cymbalis iubi-
lationis omnis spiritus laudet dñm.

¶Incipiunt cantica Prophetarum.
Canticum Esaye prophete. xii.

Confiteboꝛ tibi domine quoniã iratus es mihi: conuersus est furoꝛ tuus et consolatus es me. Ecce deus saluatoꝛ meus: fiducialiter agã et non timebo. Quia foꝛtitudo mea & laus mea dñs deus: et factus est mihi in salutem. Hauꝛietis aquas in gaudio de fontibus saluatoꝛis: et dicetis in illa die confitemini domino: & inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda habitatio Syon: quoniam magnus in medio tui sanctus Israel.

¶Canticum Ezechie regis Juda cũ egrotasset et conualuisset de infirmitate. Esaye capitulo. xxxviii.

Ego dixi in dimidio dieꝛum meoꝛum vadam ad poꝛtas inferi.

Que

Quesiui residuum annorum meorū: dixi, nō videbo dñm deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est ⁊ cōuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. De mane vsq; ad vesperam finies me: sperabā vsq; ad mane quasi Leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane vsq; ad vesperam finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo meditabor vt colūba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsū. Domine vim patior responde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi: cum ipse fecerit: Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee. Domine si sic viuitur et i talibus vita spiritus mei corripies me ⁊ viuificabis me: ecce i pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam vt nō periret: proiecisti post tergū tuum

omnia peccata mea. Quia non infernus cõfitebitur tibi neq; mors laudabit te: non expectabunt qui descendũt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipse confitebitur tibi: sicut et ego hodie pater filiis notã faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac; et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre in domo dñi. ¶ Canticum Anne diu sterilis quod cecinit propter leticiam fecunditatis quando peperit. Samuelem. i. Re. xx.

Exultauit cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum; deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo. Nõ est sanctus vt est dominus neq; enim est alius extra te: et non est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes. Recedant vetera de ore vestro: quia deus scientiarum dominus est, & ipsi preparãtur cogitationes. Arcus fortium superatus est: & infirmi accinc-

cti

eti sunt roboze. Repleti pzius pzo pa-
nibus se locauerunt: et famelici satu-
rati sunt. Donec sterilis pepit pluri-
mos: et que multos habebat filios in-
firmata est. Dominus mozrificat et
viuificat; deducit ad inferos et reducit
Dominus pauperem facit & ditat: hu
miliat et subleuat. Suscitans de pul-
uere egenū: et de stercoze erigēs pau-
perem. Ut sedeat cum pzincipibus: &
solium glozie teneat. Domini enim
sunt cardines terre: & posuit super eos
ozbem. Pedes sanctozum suozum ser
uabit: et impij in tenebzis conticescēt
quia non in foztitudine sua robozabi-
tur vir. Dñm formidabūt aduersarij
eius: et sup ipsos i celis tonabit. Dñs
iudicabit fines terre: & dabit imperiū
regi suo & sublimabit coznu chzisti sui.

¶ Canticū Moysi ad filios israel qñ
eduxit eos per mare rubzū. Exodi. xv.

Cantemus domino gloziose enim
magnificatus est: equū & ascen
sozem deiecit in mare. Foztitudo mea
et laus

et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem. Iste deus meus et glorificabo eū: deus patris mei et exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus Pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicum et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios tuos. Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulā: et in spiritu furoris tui congregate sunt aque. Stetit vnda fluens: congregate sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus, persequar et comprehendam: diuidam spolia, iplebitur anima mea. Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementi-

mentibus. Quis similis tui in fortibus dñe: quis similis tui magnificus in sanctitate: terribilis atq; laudabilis et faciens mirabilia. Extendisti manum tuam: et deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculū sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistiim. Tūc cōturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaā. Irruat sup eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui. Fiant imobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus dñe: donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos et plantabis in mōte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. Sanctuarium tuum domine quod firmauerūt manus tue: dominus regnabit ineternū et vltra.

Ingressus

Ingressus est enim eques pharao cū
curribus ꝛ eq̄tibus ei⁹ in mare: ꝛ re-
duxit sup eos dominus aquas maris.
Filii aut̄ israel ambulauerūt per sic
cū: i medio ei⁹. Canticū abacuch pph.
Domie audiui auditionē tuā: ꝛ
timui. Domine opus tuū: in
medio annoꝝ uiuifica illud. In me-
dio annoꝝ notum facies: cū iratus
fuetis misericoꝛdie recoꝛdaberis. Deꝰ
us ab austro veniet: et sanctus de mō
te phatan. Operuit celos gloꝛia eius:
et laudis eius plena est terra. Splen
doꝛ eius ut lux erit: coꝛnua in manu-
bus eius. Ibi abscōdita est foꝛtitudo
eius ante faciem ei⁹ ibit moꝛs. Egre
dietur diabolus ante pedes ei⁹ stetit
ꝛ mensus est terram. Aspexit ꝛ dissol
uit gentes: ꝛ contriti sunt montes se-
culi. Incuruati sunt colles mundi: ab
itineribꝰ eternitatis eius. Poꝛ iniqui
tate uidi tēdoꝛia ethiopie: turbabūtur
pelles terre madiā. Nunquid in flu-
minibus iratus es domine: aut in flu
minibus

minibus furoꝛ tuus vel in mari indignatio tua. Qꝛ alcendes super equos tuos: et quadꝛige tue ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcū tuū: iurameta tribubus que locutus es. Fluuios ſcindes terre: viderūt te ⁊ doluerunt mētes gurges aquarum trāſiit. Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit. Sol ⁊ luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarū tuarum ibunt in ſplēdoꝛe fulgurātis haſte tue. In fremitu conculcabis terrā: ⁊ in furoꝛe obſtupefacies gentes. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum chꝛiſto tuo. Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentū vſqꝫ ad collū. Maledixiſti ſceptris eius capiti bellatoꝛum eius: venientibus vt turbo ad diſpergendum me. Exultatio eoꝛū: ſicut eius qui deuoꝛat pauperem in abſcōdito. Viam feciſti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum. Audiui ⁊ conturbatus eſt venter meus: a voce cōtremue

runt

runt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis. Mentietur opus olive: et arua nō afferēt cibum. Abscindetur de ouili pecus: et non erit armentum in pzesepibus. Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo Jesu meo. Deus dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruozum. Et super excelsa mea deducet me victoz: in psalmis canentem. Canticum Moysi ad filios Israel quando erat moriturus. Deuteronomii. xxxij.

Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum. Quasi ymber super herbam & quasi stille super germina: quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro:

Dei

dei perfecta sunt opera: et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis et absq; vlla iniquitate iustus et rectus: peccauerunt ei et non filij eius in sordibus. Generatio prauа atq; peruersa: heccine reddis domino populе stulte et insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit te: et fecit et creauit te. Memẽto dierum antiquotum: cogitá generationes singulas. Interroga patrem tuum et annunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gẽtes: quando seperabat filios Adam. Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis. Circundurit eum et docuit: et custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pupillos suos: et super eos volitans.

Expandit

Expandit alas suas et assumpsit eū: atq; portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: & nō erat cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terrā: vt comederet fructus agrorū. Vt surgeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Butirū de armēto et lac de ouibus: cū adipe agnorum & arietum filiorum basā. Et hyrcos cum medulla tritici: & sanguinem vue biberēt amarissimū. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis: & in abominationibus ad iracūdiā concitauerūt. Immolauerunt demonijs & nō deo: dijs quos ignorabāt. Noui recētesq; venerunt: quos non coluerunt patres eorum. Deū qui te genuit dereliquisti: & oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum

filij

filij sui et filie. Et ait abscondam faciem meam ab eis: et considerabo nouissima eorum. Generatio enim peruersa est: & infideles filij. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus: & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus: et in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo: et ardebit vsq; ad inferni nouissima. Deuorabitq; terram cum germine suo: & montium fundamenta cõburet. Congregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis. Consumẽtur fame et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentiũ super terram, atq; serpentium. Foris vastabit eos gladius: et intus pauor. Iuuenem simul ac virginem lactentem cum homine sene. Et dixi vbi nã sunt: cessare faciam ex omnibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorũ distuli: ne forte superbirent

M.s. hostes

hostes eorum. Et dicerent manus no
stra excelsa: et non dominus fecit hec
omnia. Gens absq; consilio est et sine
prudentia: vtinam saperent et intelli-
gerent, ac nouissima prouiderent. Quo
modo persequebatur vnus mille: et
duo fugarent decem milia. Nonne i-
deo quia deus suus vendidit eos: et
dominus conclusit illos. Non enim
est deus noster vt dij eorum: et inimi-
ci nostri sunt iudices. De vinea So-
domorum vinea eorum: et de suburba-
nis Gomorre. Vua eorum vua
fellis: et botri amarissimi. Fel draco-
num vinum eorum: et venenum aspi-
dum insanabile. Nonne hec condita
sunt apud me: et signata in thesauris
meis? Mea est vltio et ego retribuam
eis in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: et adesse
festinant tempora. Iudicabit domi-
nus populum suum: et in seruis suis
miserebitur. Videbit q; infirmata sit
manus: et clausi quoq; defecerunt: re-
siduiq;

siduiq; consumpti sunt. Et dicent, ubi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes: & bibebant vinum libaminũ. Surgant & opitulentur vobis: et in necessitate vos protegant. Videte q; ego sim solus: & non sit alius deus preter me. Ego occidã et ego viuere faciã percutiam et ego sanabo: & non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celum manum meã: et dicam viuo ego in eternũ. Si acuero vt fulgur gladium meũ: et arripuerit iudicium manus mea. Reddã vltionem hostibus meis: et his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes. De cruore occisorum: et de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate Gentes populum eius: quia sanguinem seruorũ suorum vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum: et propicius erit terre populi sui.

Canticum trium puerorum in camino ignis scilicet Ananie, Azarie, et Misaelis. Danielis. xiij.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino. Benedicite aque omnes que super celos sūt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino. Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnes spiritus dei domino. Benedicite ignis & estus domino: benedicite frigus & estas domino. Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus domino. Benedicite glacies et nues domino: benedicite noctes & dies domino. Benedicite lux et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes domino. Benedicat terra domino: laudet et superexaltet eū in secula. Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa

uersa germinantia in terra domino. Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino. Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino. Benedicite omnes bestie et pecora domino: benedicite filij hominum domino. Benedicat Israel domino: laudet et superexaltet eū in secula. Benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde domino. Benedicite Ananias Azaria Misael domino: laudate & superexaltate eum in secula. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento celi: laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. ¶ Canticum Zacharie prophete patris sancti Johannis Baptiste. Luce primo. Clvij.

Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit & fecit redēptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutē ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamēti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iusticia coram ipso: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorum eorum. Per viscera mie dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos

pedes

pedes nostros in viam pacis.

¶ Canticum beate Marie. Luce.i.

Magnificat aia mea dñm. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potēs est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham et semini eius in secula. ¶ Canticum iusti senis Symeonis. Luce.xx.

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuum. Quod parasti:

ante faciem omnium populum. Lumen ad reuelationē Gentium: et gloriam plebis tue Israel. Canticum beati Niceti episcopi. Quidam dicunt q̄ beatus Ambrosius cum baptisaret sanctum Augustinū incepit. Te deū laudamus. et Augustinus respondit alium versum: et sic cōposuerunt hunc hymnum. Quod non est verum sed de cantauerunt illum prius compositum per beatum Nicetum episcopum viēnensem quod innuit cassidorus de institutione sanctarum scripturarum.

Te deum laudamus: te dominum cōfitemur. Te eternum patrem: omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli: tibi celi et vniuerse potestates. Tibi Cherubin et Seraphin: incessabili voce proclamant. Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra maiestatis glorie tue. Te gloriosus: apostolorum chorus. Te prophetarum: laudabilis numerus. Te

marty-

martyrum candidatus: laudat exercitus. Te per orbem terrarum: sancta confitetur ecclesia. Patrem immense maiestatis. Venerandum tuum verum: et vnicum filiū. Sanctū quoq; paraclytum spiritum. Tu rex glorie Christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberādum suscepturus hominem: nō horruisti virgines uterum. Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorū. Tu ad dexteram dei sedes i gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quesumus famulis tuis subueni quos pretioso sanguine redemisti. Eterna fac cum sanctis tuis: in gloria numerari. Saluum fac populum tuū domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos usq; ineternū. Per singulos dies: benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculū et in seculum seculi. Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine: miserere nostri.

stri. Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum speravimus in te. In te domine speraui non confundar in eternum.

¶ Symbolum sancti Athanasij, Alexandrie episcopi de fide catholica.

Quicunq; vult salvus esse: ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisq; integram inviolatamq; servaverit: absq; dubio in eternū peribit. Fides autem catholica hec est: vt vnum deum in trinitate: & trinitatem in vnitate veneremur. Neq; cōfundētes personas: neq; substantiā separātes. Alia est enim persona patris: alia filij, alia spiritus sancti. Sed patris et filij et spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius: talis spiritus sanctus: Increatus pater, increatus filius: increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immensus filius: immensus spiritus sanctus. Eternus

pater

pater, eternus filius, eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut nō tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus et vnus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius omnipotēs spiritus sanctus. Et tamen nō tres omnipotentes, sed vn⁹ omnipotens. Ita deus pater deus filius: deus spiritus sanctus, et tamē non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pater, domin⁹ filius: dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini: sed vnus est dñs. Quia sicut sigillatim vnāquāq; personam: deū ac dominū confiteri christiana veritate cōpellimur. Ita tres deos aut dominos dicere catholica religione p hibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est: non factus nec creatus sed genitus. Spiritussanctus a patre et filio: non factus nec creatus nec genitus: sed procedens.

Unus

Unus ergo pater, non tres patres: unus filius non tres filij: unus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nichil prius aut posterius: nichil maius aut minus. Sed tote tres persone coeterne sibi sunt: et coequales. Ita vt per omnia sicut iã supradictum est, & vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad eternam salutem vt incarnationem quoq; domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta vt credamus & confiteamur: quia dominus noster Jesus Christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substãtia patris ante secula genitus: et homo est ex substantia matris in secula natus. Perfectus deus perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit & homo:

mo:non duo tamen sed vnus est Chri-
stus. Vnus autem non conuersione
diuinitatis i carnem: sed assumptione
humanitatis i deum. Vnus omnino
non confusione substantii: sed vnitate
persone. Nam sicut anima rationalis
et caro vnus est homo:ita deus et ho-
mo vnus est chzistus. Qui passus est
pzo salute nostra:descendit ad inferos
tertia die resurrexit a mozтuis. Ascen-
dit ad celos sedet ad dexteram dei pa-
tris omnipotentis: inde venturus est
iudicare vinos et mozтuos. Ad cuius
aduentum omnes homines resurgere
habent:cum cozpozibus suis:et reddi-
turi sunt de factis pzopzijs rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam
eternam:qui vero mala in ignem eter
num. Hec est fides catholica: quam
nisi quisq; fideliter firmiterq; credide-
rit, saluus esse non poterit. Kn. Ne re-
miniscaris domine delicta nostra vel
parentum nostrozum neq; vindictam
sumas de peccatis nostris. Parce dñe

parce populo tuo quem redemisti pre-
cioso sanguine tuo ne ineternū iraſca-
ris nobis: et ne des hereditatem tuam
in perditionem: ne in eternum obliui-
scaris nobis. ℭ Sequitur letania.
Kyri eleyson. Xpe eleyson. Kyri
eleyson. Christe audi nos. Pa-
ter de celis deus. Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus. Mise-
rere nobis.
Spiritussancti deus. Miserere nob.
Sancta trinitas vnus de⁹. Miſere.
Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et archangeli
dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum
ordines. Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista ora
Oēs scti patriarche et pphete orat.
Sancte

Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora
Sancte iohannes ora
Sancte iacobe ora
Sancte thoma ora
Sancte philippe ora
Sancte iacobe ora
Sancte mathee ora
Sancte bartholomee ora
Sancte symon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte barnaba ora
Sancte marce ora
Sancte luca ora
Omnes sancti apostoli et euãgeliste
Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. Orate pro nobis.

Feria.ij.in quadragesima.

Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte clete ora

Sancte

Sancte clemens ora
Sancte fabiane ora
Sancte sebastiane ora
Sancte cosma ora
Sancte damiane ora
Sancte pxime ora
Sancte feliciane ora
Sancte dionysi cum sociis tuis ora
Sancte victor cum sociis tuis ora
Omnes sancti martyres orate.
Sancte siluester ora
Sancte leo ora
Sancte hieronyme ora
Sancte augustine ora
Sancte isidore ora
Sancte iuliane ora
Sancte gildarde ora
Sancte medarde ora
Sancte albine ora
Sancte eusebi ora
Sancte swithune ora
Sancte birine ora
Omnes sancti confessores orate.
Omnes scti monachi & heremite orate.

Sancta

Sancta maria magdalena. ora
Sancta maria egyptiaca. ora
Sancta brigitta ora
Sancta margareta ora
Sancta scolastica ora
Sancta petronilla ora
Sancta genouefa ora
Sancta praxedis ora
Sancta sotheris ora
Sancta prisca ora
Sancta teela. ora
Sancta affra ora
Sancta editha ora
Omnes sancte virgines. orate.
Omnes sancti, orate.
Propicius esto parce nobis domine.
A bomine malo. Libera nos domine.
A binsidijs diaboli. Libera nos dñe.
A damnatione perpetua. Libera nos domine. A bimminentibus nostris peccatis nostrorum periculis. Libera nos dñe.
A bintellectionibus den tonitum. Libera nos domine. A spu tu fozmicationis. Libera nos domine. A bappeti-

tu inanis gloꝛie. Libera nos domine.
Ab omni immunditia mentis et coꝛ-
poꝛis. Libera nos domine. Ab ira et
odio et omni mala voluntate. Libera
nos domine. Ab immundis cogitati-
onibus. Libera nos domine. A cecita
te coꝛdis. Libera nos domine. A ful-
gure et tempestate. Libera nos dñe.
A subitanea et impꝛouisa moꝛte. Li-
bera nos domine. Per mysterium sã-
cte incarnationis tue. Libera nos do-
mine. Per natiuitatem tuam. Libera
nos domine. Per sanctam circũcisio-
nem tuam. Libera nos domine. Per
baptismum tuum. Libera nos domie.
Per ieiunium tuum. Libera nos do-
mine. Per passionem et crucem tuam
Libera nos domine. Per pꝛeciosam
moꝛtem tuam. Libera nos domine.
Per gloꝛiosam resurrectionem tuam
Libera nos domine. Per admirabi-
lem ascensionem tuam. Libera nos
domine. Per gratiam sancti spiritus
paracliti. Libera nos domine. In ho-

ra mortis: succurre nobis domine. In die iudicij. Libera nos domine. Peccatores. Te rogamus audi nos. Ut pacem nobis dones. Te rogamus audi nos. Ut misericordia et pietas tua nos custodiat. Te rogamus audi nos Ut ecclesiam tuam regere et defensare digneris. Te rogamus audi nos Ut donum apostolicū et omnes gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos Ut episcopos et Abbates nostros in sancta religione conseruare digneris. Te rogamus audi nos. Ut regi nostro et principibus nostris pacem et veram cōcordiam atq; victoriam donare digneris. Te rogam⁹ audi nos. Ut congregationes omnium sanctorum in tuo sancto seruitio conseruare digneris. Te rogamus audi nos. Ut sanctum populum christianum pretioso sanguine tuo redemptum conseruare digneris. Te rogamus audi nos. Ut omnibus benefactoribus nostris

sempiterna bona retribuas. Te roga-
mus audi nos. Ut animas nostras e
parentum nostrorum ab eterna dam-
natione eripias. Te rogamus audi
nos. Ut fructus terre dare et conser-
vare digneris. Te rogamꝰ audi nos.
Ut oculos misericordie tue super nos
reducere digneris. Te rogamus au-
di nos. Ut obsequiū seruitutis nostre
rationabile facias. Te rogamus audi
nos. Ut mentes nostras ad celestia de-
sideria erigas. Te rogamus audi nos
Ut miserias pauperum et captiuo-
intueri & releuare digneris. Te roga-
mus audi nos. Ut omnibus fidelib⁹
defunctis requiem eternam dones.
Te rogamus audi nos. Ut nos exau-
dire digneris. Te rogamus audi nos
Agnus dei. Te rogamus audi nos. A-
gnus dei qui tollis peccata mundi: ex-
audi nos domine. Agnus dei qui tol-
lis peccata mundi: parce nobis domi-
ne. Agnus dei qui tollis peccata mū-
di: miserere nobis. Kyrie eleyſō. Chri-

ye eleyſō. Kyrie eleyſō. Pater noſter.
Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. Et ſalutare tuum da nobis. Et veniat ſuper nos miſericordia tua domine.
Salutare tuum ſecundum eloquium tuum. Peccauimus cū patribus noſtris. Iniuſte egimus: iniquitatem fecimus. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis. Neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. Oremus pro omni gradu eccleſie.
Sacerdotes tui induantur iuſticiam: et ſancti tui exultēt. Domine ſaluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Pro fratribus et ſororibus noſtris. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas deus meus ſperantes in te. Pro cuncto populo chriſtiano. Saluum fac populum tuum dominine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vſq; in eternū.
Domine fiat pax in virtute tua. Et a-

 bundan-

bundantia in turribus tuis. Anime famulorum famularumq; tuarum requiescant in pace. Amen. Domine exaudi orationem. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

DEus cui proprium est misereri semper & parcere suscipe deprecationem nostram: vt quos delictorū cathena cōstringit, miseratio tue pietatis absoluat. Per christū. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus q̄ facis mirabilia magna solus p̄tende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: & vt in veritate tibi cōplaceant perpetuū eis rorē tue benedictionis ifunde.

DEus q̄ charitatis dona p gratiam sancti spiritus tuorū cordibus fidelium infundis: da famulis et famulabus tuis fratribus et sororibus nostris, pro quibus tuam deprecamur clementiam salutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant: & que

q̃ tibi placita sũt tota dilectione ꝑficiãt

DEus a quo sãcta desideria recta ꝙsilia ⁊ iusta sunt operada seruis tuis illam quã mundus dare non potest pacẽ: vt et coꝛda nostra mandatis tuis dedita: ⁊ hostiũ subiata foꝛmidine: tpa sint tua ꝓtectiõe tranquilla.

INeffabilem misericoꝛdiam tuã nobis quesumus domine clemẽter ostende: vt simul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pꝛo his meremur benignus eripias.

FIdelium deus omnium conditoꝛ et redẽptoꝛ animabus omnium fidelium defunctoꝛum: remissionem cũctoꝛum tribue peccatoꝛum: vt indulgentiã quã semper optauerunt, piis supplicationibus consequãtur.

DEtate tua quesumus domine nostꝛoꝛum solue vincula omnium delectoꝛum: ⁊ intercedente beata ⁊ gloꝛiosa semperq; virgine dei genitrice Maria cum omnibus sanctis: nos famulos tuos et omnem populũ

catholicum in omni sanctitate custodi omnesq; consanguinitate ac familiaritate vel confessione & oratione nobis iunctos seu omnes christianos a vitiis purga: virtutibus illustra: pacem et salutem nobis tribue: hostes visibiles et invisibiles remoue: pestem repelle: & inimicis nostris charitatem largire: omnibus fidelibus viuis ac defunctis interra viuentium vitã & requiem eternam concede. Per eundẽ dñm nostrũ Jesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat spũs sancti deus. Per omnia sæcula seculorum. Amen.

¶ Oratio ad bẽatam mariã virginẽ.

Ave o virgo virginum mater et filia regis regũ omniũ, per q̃ facta est salus omni populo, inuoco: te inspiro, te requiro, vt mihi indignissimo famulo tuo .N. a filio tuo dilecto, qui nihil tibi negans, te semper honorat, impetres omnium peccatorum meorũ absolutionem: et post huius vite cursum gaudia beata. Amen.

¶ Sequi-

Sequitur tabula totius psalterij, in qua inuenies quemlibet psalmum secundum alphebetrozdinem et numerum psalmozum. Et pzimo ab A.

Ad te domine leuaui. pxliii.
Ad te domine clama cxxvii
Afferte domino fi. xxviii
Audite hec omnes lxviii
Attendite popule lxxvii
Ad dominum cum tribularer cxix.
Ad te leuaui oculos cxxii.

B

Beatus vir qui non abiit i.
Beati quozum remisse xxxi
Benedicam dominum xxxiii.
Beatus qui intelligit xl
Benedixisti domine terram lxxxiiii
Bonum est confiteri xci
Benedic anima mea.ci. ciii
Benedic anima mea.cii. ciiii
Beatus vir qui timet cxi
Beati immaculati in via cxxviii
Beati omnes qui timent cxxviii

Benedictus dñs deus meus cxliii

C.

Cum inuocarem exaudi iiii
Confitebor tibi do.i. ix
Conserua me domine xv
Celi enarrant gloziam xviii
Confitebimur tibi deus lxxiiii
Cantate domino.i. xcv
Cantate domino.ii. xcvii
Confitemini domino.i. ciiii
Confitemini domino.ii. cv
Confitemini domino.iii. cxii
Confiteboz tibi domini.ii. cx
Credidi pzopter quod lo. cxv
Confitemini domino.iiii. cxvii
Confitemini domino.v. cxxxv.
Confiteboz tibi domine.iii. cxxxvii
Cantate domino.iii. cxlix

D.

Domine quid multiplicati iii
Domine ne in furoze.i. vi.
Deus deus meus in te vii
Domine dominus noster viii
Dixit insipiens in cozde.i. xiii

Domine

Domine quis habitabit xliiii
Diligam te domine xlvii
Domine in virtute tua xx
Deus deus meus respice xxi
Dominus regit me xxii
Domini est terra xxiiii
Dominus illuminatio xxvi
Dixit iniustus xxxv
Domine ne in furore.ti. xxxvii
Dixit custodiam vias meas xxxviii
Deus auribus nostris xliii
Deus noster refugium xlv
Deus deorum dominus xlix
Dixit insipiens.ti. iii
Deus in nomine tuo liii
Deus repulisti nos et de. lix
Deus deus meus ad te. lxii.
Deus misereatur nostri lxvi
Deus in adiutorium lxix
Deus iudicium lxxi.
Deus venerunt Gentes lxxviii
Deus stetit in sina. lxxxi
Deus qui similis lxxxii.
Domine deus salu. lxxxvii.

Domine

Domine refugium lxxxix
Dominus regnauit decorem xcii
Deus vltionum xciii
Dominus regnauit exultet xcvi
Dominus regnauit iracscantur xcviii
Domine exaudi orationem.i. ci.
Deus laudem meam. cviii.
Dixit dominus domino meo cix
Dilexi quoniam exaudiet cxiiii
De profundis clamaui cxxix
Domine non est exaltatum cxxx.
Domine probasti cxxxviii
Domine clamaui cxl
Domine exaudi orationem.ii cxlii

E.

Exaudi domine iusticiam xvi
Exaudiat te dominus xix
Exaltabo te domine xxix
Exaltate iusti xxxii
Expectans expectaui xxxix
Eructauit cor meum xliiii.
Exaudi deus orationem.i. liii
Eripe me de inimicis lviii
Exaudi deus deprecatio lx.

Exaudi deus oȝationem.ii. lxiii
Exurgat deus et dissipentur lxvi
Exultate deo adiutoȝi lxxx
Ecce quam bonum cxxxii.
Ecce nunc benedicite cxxxiii
Eripe me domine cxxxix
Exaltabo te deus cxliiii

H.

Hundamenta eius in lxxxvi

I.

In domino confido x
Judica me domine xxv.
In te domine speraui.i. xxx
Judica domine nocentes me xxxiii.
Judica me deus xlii
Jubilate deo.i. lxv
In te domine speraui.ii. lxx
Inclina domine lxxxv
Jubilate deo.ii. xcix
In exitu deo egypto cxiii
In conuertendo. cxv.

L.

Laudate pueri domi cxii
Laudate dominum omnes gen. cxvi.

Leuaui

Leuaui oculos cxx.
Letatus sum in his que di. cxxi
Laudate nomen domini cxxxiiii
Lauda anima mea cxlv
Laudate dominum qñ bonus cxlvi
Lauda Hierusalem do. cxlvii.
Laudate dominum de celis cxlviii
Laudate dominum in sanctis cl.

M.

Magnus dominus xlviii
Miserere mei deus. l
Miserere mei deus quo. lv
Miserere mei deus mi. lvi
Misericordias domini lxxxviii
Misericordiam et iudi. C
Memento domine Dauid cxi

N.

Noli emulari in malignanti. xxxvi.
Nonne deo subiecta lxi.
Notus in Judea. lxxv
Nisi quia dominus cxxiii
Nisi dominus edificauerit cxxvi

O.

Omnes Gentes plau. xlvi.

P.

Paratum cor meum deus cviii.

Q.

Quare fremuerunt Gentes ii
Quemadmodum desiderat, xli.
Quid gloriaris li.
Quam bonus lxxii
Qui regis Israel lxxix
Quam dilecta. lxxxiii.
Qui habitat in adiuto. xc.
Qui confidunt cxxiiii

S.

Saluum me fac do. xi.
Sepe expugnauerunt cxxviii.
Si vere vtiqz lvii.
Saluum me fac deus lxviii
Super flumina. cxxxvi
Te decet hymnus lxiiii
Verba mea auri. v.
Vsqzquo domine obliuiscēris xii
Vt quid deus lxxiii.
Voce mea ad dominū clamaui.i.lxxvi
Venite exultemus xciiii.
Voce mea ad dominum cla.ii. cxli.

Quare fremuerunt Gentes
Quemadmodum desiderat
Quid gloriaris
Quam bonus
Qui regis Israel
Quam dilecta
Qui habitat in adiutorio
Qui confidunt
Salum me fac Deo
Sepe expugnauerunt
Sicut
Sperate in eo
Super flumina
Sicut
Spera in Deo
Sperabit
Sperabit
Sperabit